

Universitätsbibliothek Mannheim

Pomponii Melae De orbis sitv, libri III

Mela, Pomponius

Basiliae, 1576

urn:nbn:de:bsz:180-digad-1700



52/18

H 230 D 7

[9] Bl., [23] gef. Bl.
Kt.


POMPONII MELÆ DE ORBIS SITV, LIBRI III.

ET

C. IVLII SOLINI, POLYHISTOR.

QVORVM ILLE DESCRIPTI
ptionem singularum Orbis terreni parti-
um atque regionum: Hic uero præter ea-
dem, quæ ubiq; memorabilia sint loca,
animantia, plantæ, gemmæ, &
similia, compendio-
se enarrat.

AUTHORES UT POLITISSE
sumi, ita Geographiæ studiosis utilissimi, in quo-
rum gratiam Mela Scholijs, uterq; uero
Tabulis elegantibus illustratus est,
præfixo Indice sufficienti.



BASILEÆ.

BIBLIOTHEK
DESBILLONS
MANNHEIM

CHRISTIANVS
VRSTISIVS MATHE-
MATICARVM PROFESS-
OR, æquo ac studio
Lectori S.



N iterum
tibi, ami-
ce lector,
Officina
Henricpe
trina , de
literarum
studijs p-

clarè merita, Pomponium Me-
lam atque C. Iulium Solinum,
authores neutiquam aspernana-
dos, non sine noua commodita-
te usui tuo conuenientiores fa-
ctos, exhibet: quorum ille situm

a 2 Orbis

P R A E F A T I O.

Orbis terreni, quem diuūm mū
nere colimus, nudè quasi : alter
uero uarijs rerum gestarum, ani
mantium, plantarum, lapidum-
quē historijs uestitum, ita descri
psit, ut in utroque rerum com
plexarū multitudo, conceptam
eorum breuitatem mirè condi
at atque commendet, dignique
sint qui legantur atque posteri
tati transmittantur. Cùm enim
ingenuis mentibus natura cōn
genitum sit, ut quæ uetus statis
monumenta atque indicia con
tinent, uel saltem resipiunt, mira
suauitate oblectationeꝝ contē
plentur, qualia sunt templa, co
lumnæ, diplomata, numismata,
aliaꝝ innumera : quanto ma
gis

P R A E F A T I O.

gis iucundum sit , totius terrarum Orbis , ad Vniuersi medium recumbentis , ideam , habitumque , quinimò faciem priscæ etatis cognoscere ac contemplari : quodq; alij , ut olim ita etiam num , ingenti uitæ fortunarumq; discrimine , institutis peregrinationibus , maria sulcando , terras peruagando , incognitas & barbaras adeundo gentes , magno labore perlustrârūt , didiceruntque : id accurate descriptum & quasi in tabula depictum , intueri : Taceo iam , quod ea contemplatio homini dignissima sit , marium amplitudinem , littorum ambages , montium ductus gentium habitationes , transmis-

a 3 gratio-

P R A E F A T I O.

grationesq; quas quæq; coluerint, insiderintue terras, nosse, maxime uero Christiano, ut quas olim Ecclesia sedes tenuerit, hodieq; teneat, è quibus oris qui eam exercuere, prodierint, atq; unde se hoc quoq; nouissimo seculo, Moschouitæ, Tartari, Αμαξόβιοι, Turce, aliæq; immanes & efferæ gentes ad affligen dā Crucifixi gregem effundant, perspectum habeat.

Quanquam uero dubium nullum sit, Geographiā (aut si Cosmographiā appellare malis, nil moror) Pomponij ueterumq; ætate rudē adhuc fuisse, id quod terrarū in Climata, parallelosq; distinctio, Ptolemæi, Plinij, Ma crobii,

P R A E F A T I O.

erobij, Strabonis reliquorumq;
scripta abunde suis testantur;
utile tamen est horū & similiū
authorum scripta de terræ situ,
etsi tantā illius notitiā (eo quod
hodierna nauigandi peritia illa
tēpora destituerentur) sibi com-
parare nequiuerunt, quantā no-
bis hodie mortalium solertia pe-
perit, in manibus habere, cum &
nostra tempestate Geographia
quantumlibet locupletior, suis
numeris nondum absoluta sit.
Ptolem. quidē sapiētiss. artifex,
rectē iudicauit, in hac doctrina
τὰς ὑστάτας θεών μάς πρᾶξισιν, ὡς
τὴν πάπ πλοσχῆν necesse esse, idq;
propter particulares terrarum
mutationes, quod quæ olim in-
cultæ, syluis obductæ, ferarum

a 4 potius

P R A E F A T I O.

potius quam hominum habitationes fuerant, hodie sint cultissimæ tuel econtra, quæ olim uberes, nunc steriles & desertæ, urbes item populosissimæ alibi in cāpos abierint, alibi uero nouæ coaluerint, integræ sæpe gētes excindantur, aliæq; nouis distinetæ nominibus notisque succēdāt, ut quæ per terræ motus aliasq; clades accidūt uerba latet, atque Ouidianū illud Metamor.

15. taceamus,

Vidi ego quod fuerat quondam solidissima terra,
Esse fretum, uidi factas ex æquore terras, &c.

Interim tamen scire, quæ prisca rerum facies, quæ gentes ubiq; habitârint, quibus fuerint metis comprehensæ, qui earum ritus & reliqua, præter ipsam quā in se con-

P R A E F A T I O :

se continet iucunditatem, omni
bus ījs lumen accendit, qui uel
in ueterū historijs, in bonis au-
thoribus atq; Poétis enuclean-
dis & intelligēdis, operæ pretiū
nancisci cupiunt. Cumq; in om-
nibus disciplinis pro sit, rudio-
res quibusdam initij & quasi ri-
uulis ad fontes subuehere, & ad
hæc studia iuuentus magnope-
re incitanda sit: uidetur sanè Au-
thores hi duo, neutiquā inepti,
qui Studiosis, ad imprimendam
aliquam ueteris Geographiæ i-
deam, proponantur. Alter enim
ingeniosa breuitate omnū ter-
rarum, regionum atq; gentium
tum cognitarum, delineationē
complexus est; alter uero ex Plis-

a 5 niano

P R A E F A T I O.

niano opere, alijsq; receptissi-
mis sui qui scriptoribus, inseruis
ubiq; historijs, gentium origi-
nes, nominum rationes, mores,
ritus, religiones, miranda artis
& naturæ opera (unde & liber
Polyhistoris nomen accepit) ca-
lamo non inauspicato, ad sui tē-
poris statum enarrauit. Quòd si
quæ fortè de remotissimis gen-
tibus minus credibilia assigna-
uere, qualia sunt de Hyperbo-
reis & Gryphium aurum gem-
masq; custodientiū terris, de mi-
rabilibus Asiae Africæq; popu-
lis, de sacerdotiis, & si quæ simi-
lia, id demum in uniuersum illis
fidem derogare nō debet: quin
potius statuendum, eos talia ex-
uana

P R A E F A T I O.

uana aliorum relatione traditio
néue, quorum tamen opinio in-
oleuerat, magis quam nugandi
aut fabulandi studio annotasse.

Mela quidem ex Mellaria Hi-
spaniæ Bethicæ, quæ nunc Gra-
nata est, oppido, ortum habui-
se, suijpsius testimonio constat.
Quando autē eum uixisse con-
iectura sit, Vadianus (qui ius-
tō hunc authorem Commenta-
rio illustrauit) eruditè satis di-
sputauit, quæ illius dissertatio,
ob chartæ commoditatem, fini-
annexa est. Solinus autem cuias
fuerit, quoūe tempore hunc suū
librū multis historijs refertum,
concinnauerit, nondū certo mi-
hi constat. Romanum eum suis-
se, ex

P R A E F A T I O.

se, ex sermonis stylo, eoꝝ quod
Romanorum mentionem facia-
ens, Suos eos appellare soleat,
nō leuis coniectura sumitur. Ve-
risimile est, eum non multū post
Vespasiani Cæsaris ætatem ui-
xisse, cuius X L I I capite memi-
nit, itemꝝ post euersam Hiero-
solymā totamꝝ Iudæam sub iu-
gum actam, id enim ex X L V I I
capite non obscurè intelligi da-
tur, ubi inquit, Iudææ caput fuit
Hierosolyma, sed excisa est. Item
eodem loco. In hac terra tantum
Balsamum nascit, quæ sylua in-
tra terminos X X iugerum, usq;
ad uictoriā nostrā fuit. At
cum Iudæa potiti sumus, ita luci
illi propagati sunt, ut iam nobis
latif-

P R A E F A T I O.

latissimi colles sudent Balsamā.
Arbitramur autem ijs non pa-
rum lucis accessisse, Tabulis hi-
sce quas hæc sola editio habet,
cum in hoc doctrinæ genere ni-
hil iucundius utiliusūe sit, nihil
quod intellectū magis dirigat,
memoriamq; iuuet, quā ex sub-
limi ueluti, omnium regionum
habitum situmq; intueri, & ob-
oculos pictum habere. Tu istis
bone Lector fruere & ex-
cusoribus benè pre-
care. Vale.

...
...
...
...
...
...
...
...
...

IN POMP. ME.
 LAM ET C. IVLL.
 VM SOLINVM
 INDEX.

- | | | | | |
|----------|-------------------------------|----------|------------------------------|--------------|
| A | Bdera urbs | 215 | æstus maris | 72 |
| | abydos | 32 | ætna mons igniuomus | |
| | achates lapis | 199 | fol. | 70.196 |
| | achelous fl. | 201 | æthiopum terra | 96 |
| | acherusia specus | 34 | æthiopes Macrobij | 286 |
| | achillea insula | 64 | ætites lapis | 313 |
| | aconite herbæ unde di-
ctæ | 325 | africæ termini | 8 |
| | adamantis species | 348 | africa unde dista | 121 |
| | ægeum mare unde di-
ctum | 119. 218 | africa minor | 12 |
| | ægeum pelagus | 46 | aganippe fons | 205 |
| | ægæi maris insulæ | 65 | agriophagi | 285 |
| | ægyptus | 17 | agrippæ q dicatur | 164 |
| | ægyptiorū mores | 19 | albani, gens sra | 232 |
| | ægypti urbes | 20 | alces | 247 |
| | æneæ in Italiām aduen-
tus | 161 | alectorius lapis | 160 |
| | æolus Asia regio | 30 | alexandri Magni ortus | |
| | æsculapij sacellum | 203 | gestaq; | 213. 319 |
| | | | alexandria urbs Aegy-
pti | 301 (ca 221) |
| | | | æliu@ herba Cretiæ | |
| | | | * | amans |

I N D E X.

- | | | | |
|-------------------------|---------|--------------------------|--------|
| amarus mons | 23 | aqua perimos eecos | |
| ambraciū sinus | 53 | reddens | 193 |
| ammochrysus lapis | 313 | arabia | 21 |
| ammonis templū | 278 | arabia felix | 94.302 |
| ammois cornu lapis ib. | | arabum mores | 305 |
| amphisbena serpēs | 275 | arabicus sinus | 94 |
| anaximādri patria | 29 | arati poëtæ monumen- | |
| ancona urbs | 56 | tum | 24 |
| androdamos lapis | 306 | araxes fl. | 83 |
| andromeda ubi religa- | | archimedis domus | 196 |
| ta | 307 | arethusa lacus | 312 |
| angitia | 185 | aria insula | 14 |
| anguille Gangis | 345 | arimaspi monocula ges | |
| animis corporibus solu- | | fol. | 38 |
| tas qui populi uene- | | arymphæi populi A- | |
| rentur | ibid. | sie | 37.239 |
| anni ratio apud Priscos | | arsenaria | 11 |
| Romanos. | 154 | arthemon quidam pro | |
| antæi regnum | 101 | Antiocho rege Syrie | |
| antandrum | 30 | uenditatus | 167 |
| anthracius lapis | 314 | asbestos lapis | 203 |
| antichtones | 105 | ascitæ populi | 363 |
| antiochia urbs | 22 | asiæ limites | 4 |
| antropophagi | 232 | asiæ gentes mediterraneæ | |
| aspis numen Aegyptiorum | | aspencos | 5 |
| aurum | 207.296 | assphal- | |

I N D E X.

- | | | | |
|-------------------------|--------|-------------------------|----------|
| asphaltites lacus | 308 | bifontes | 247 |
| aspidum species | 275 | bithiarum uisus nocen- | |
| assyria | 330 | tissimus | 172 |
| atax Occitanie fl. | 60 | bithynia regio | 32,324 |
| athene urbs | 204 | bituminis Asphaltidis | |
| athos mons | 47,210 | tenacitas | 161 |
| athos montis sublimi- | | blemmiae qui | 292 |
| tas | 226 | blemmyes homines mo- | |
| atlantis montis descri- | | strofi | 16 |
| ptio | 261 | boa anguis | 185 |
| atlanticus Oceanus quis | | bonasum animal | 321 |
| fol. | 10 | borysthenes fl. | 40,231 |
| angile populi | 16 | bosphori Thracius | 33 |
| angusti infortunia | 159 | bosphorus unde dictus | |
| B | | | |
| B Abylon ciuitas | | britannia | 86 (108 |
| fol. | 361 | britanniae amplitudo f. | |
| bactrorum regio | 334 | Byzantium | 45. (254 |
| beotij | 205 | bucephali Alexadri ge- | |
| baleares insulae | 71 | nero sitas | 328, |
| balsami prouentus | 308 | C | |
| balthia insula | 244 | Caci habitatio fo- | |
| basilisci descriptio | 279 | lio | 160 |
| berenice ciuitas | 280 | cæsar correxit interca- | |
| beryllus lapis | 350 | landi modum | 158 |
| bethis fl. decursus | 73 | C. Cæsar's equis | 328 |
| | | militaris foelicitas | 173 |
| | | * | 2 cæsar |

I N D E X.

cæsar quādo Cōsul crea-		cassiæ portæ	33
tus	155	cassiterides insule	85.
cæsariensis prouincia		castorum natura	230
Mauritanie	266	catabathmos	15
calcophthongus	314	catoblepas animal	99.
callias gemma	249	catochites lapis	191
callirho fons prope Hie-		catonis probitas	175
rosolymam	308	caucasus piper in India	
calpe columnarū Hera-		producit	347
culis una	63	cephei quodā regia	22
camelopardus feraz	287	cephos monstrū	288
canaria insula	364	cerastes serpens	275
cantabri	75	ceraunia gemma	256
candei Ophiophagi	95	cercopithecoru et simi-	
canum Albanicoru ge-		arum discrimē	281
nerositas	233	ceruorum natura	244
cānopos insula	66	chaazias lapis	314
cappadocia regio	326	chalcedon opp:	33
cappadocum deriuatio		chalcis insula	221
caria	27. (115	chalybes populi	34
carpathus insula	225	chamæleon animal	322
carthago	13. 270	charibdis quid	69
cartenna	11	chemnis insula	19
carystos	221	cherones Thraciae	45
cassiū mare parte qua-		chimæræ poëticum fi-	
dā dulce	243	gmentum unde	318
		choas	

I N D E X.

- | | | | |
|--|-----------|-------------------------|----------|
| thoaspes fl. | 315 | fol. | 68.219 |
| chrysolampis lapis | 290 | cretenfium ueterū relia | |
| chrysoprasos lapis | 350 | gio | 220 |
| cicadæ Rhegiæses | 187 | crocodilus animal | 222 |
| ciconiarū natura | 323 | phißtop | 297 |
| cilicia | 24 | crocū cilicie | 316 |
| cilicie ambitus & no- | | crocuta monstrū | 274 |
| men | 315 (289) | crystallus lapis | 237 |
| cinnamomi prouentus | | cyaneus lapis | ibid. |
| circe 185. cirtaurbs 11 | | cyzicum | 32 |
| codanonia | 88 | cyclades ins. 68.222 | |
| colubraria insula | 71 | cydnus fl. | 24.315 |
| cor primum in homine | | cyprus | 65 |
| formatur 163 (187) | | cyrendica | 14.269. |
| coralia ubi nascatur f. | | incolarū ei9 moris 15 | |
| coralochates lapis | 200 | cyri memoria | 174 |
| corinthus urbs | 52 |
D | |
| cornelius Balbus de Ga- | | Anubius fluui- | |
| ramantib. triūphauit | | us | 41 |
| corsica ins. 70 (283) | | dardanū sedes | 189 |
| coturnicū natura | 222 | delos insula | 222 |
| corcini bellici curr ⁹ | 87 | delphinoū natura | 227 |
| coryci ⁹ specus | 24.316 | cicuratorum quorun- | |
| cows insula | 205 | dam historiæ | 228 |
| crassus à y ^ε λα ^ε s 165 | | delphines Niliaci | 297 |
| cretæ insulæ descriptio | | democriti philosophi | |
| | | * | 3 patria |

I N D E X.

Patria	47	esseni Palestinae	302
dianæ fons	197	eubœa ins.	67.223
dictamus herba	245	euphorbiæ herbæ uis	
diogenis Cynici patria		fol.	262
fol.	34	euphrates flu.	93.311
diomedæ aues	188	euripides poëta	212
diomedis immanitas	47	europæ circucriptio	6
dionysias lapis	314	europæ unde nomē in-	
dodonæū templū fonsq;		ditum	118
fol.	51	curychidis foeminae fœ-	
drconitis lapis	287	cunditas	160
draconū descriptio	ib.		
dyrrhachium	54	F	
		Oeminæ sine ma-	
E		rib. fœcūdæ	98
Ale fera	344	ficus Aegyptia	299
ebusus ins.	257	fons sacer Epri	201
echites lapis	314	fons Solis	14
elephâtorū natura	263	formæ similitudo	167
eloquentiæ donū	175	formicæ canum magni-	
enydros lapis	314	tudine	288
ephesus tēplumq; eius		fortitudinis prodigio-	
nobiliss.	29.319	sæ exempla	166
equorum naturæ	327	fortunatæ ins.	100.364
eryx mons	70	fretum quid	3
essedones gens inhuma-		G	
na	234	Ades insula	85
		gadir	

I N D E X.

- | | | |
|---------------------------------|---------|--------------------------|
| gadir insula | 257 | græca intercalandi ratiō |
| gaditnum fretū | ibid. | 158 |
| gagates lapis | 254 | græciæ memorabilia f. |
| galactites lapis | 101 | gruū militia 216 (201 |
| gallia descriptio | 250. | gryphes aurū fodūt; 8 |
| diuīsio | 77 | gryphonum terra 236 |
| gallia Narbonensis | 58 | gymnosophistæ Indorū |
| gallicenæ antistites | 86 | philosophi 342 |
| gallorum mores | 76 | H H (253 |
| gamphasantes | 16 | Aebudes insule |
| gangarides populus In
die | 339 | hæmatites lapis 290 |
| ganges fl. | 91. 339 | halicarnassus 28 |
| garamantes | 16 | hamaxobij 38 |
| garamatum fons mirus | | hammanientes g̃es 281 |
| garumna fl. 77 (282 | | hammonis oraculū 14 |
| gaza | 22 | hannibalis interit⁹ 325 |
| gelonij stagni natura fo
lio | 198 | hebenus arbor 347 |
| genesara lacus | 308 | heliotropion g̃ema 275 |
| germaniæ descriptio | | heliu trapeza 216 |
| 79. Plumina eius 80 | | helleponitus 218. 226 |
| getuli | 100 | herbesus fl. 197 |
| glossopetra lapis | 314 | herculis columnæ 10 |
| gnidus | 28 | herculeum fretum 3 |
| gorgonū insul. 99. 353 | | herculis facellū Romæ |
| | | hermu fl. 321 (151 |
| | | hesiodi poëtæ mors 322 |

* 4 de Hem

I N D E X.

- de Hesperidū hortis fa-
 bula 260
 hesperidū insulæ 364
 hexeontalithon lapis
 hiera ins. 200 (291
 himatopodes pop. 100
 himereus flu. mirabilis
 fol. 197
 hippocrene fons 205
 hippo 12
 hippopodes gens equi-
 nis pedibus 244
 hirpi 184 (scia 217
 hirundinū natura præ-
 hispania 61. eius diui-
 sio 62 (75
 hispaniæ borealis ora
 hispaniæ ubertas 255
 homeri uatis patria &
 obitus 321 (tose 28
 homines forme portē=
 hominis mensura 170.
 partus 163. 164
 hyacinthus lapis 290
 hybernia ins. 87. 251
 hyæna 273
- hylas lacus 324
 hymetus mons 204
 hypanis fl. 40. 231
 hypborei pop. 82. 238
 hystrix animal 289
- I
- Axamathæ pop. 36
 iaxartes fl. 83. 334
 ibides aues 95. 299
 icarios insula 225
 ichtyophagi pop. 351
 ida mons 31. 220
 ilium urbs 31
 illyrici urbes 54
 inachus amnis 203
 indiæ descriptio 89.
 populositas 339
 indorum mores 341
 indus fl. 91
 insulæ Aegæi maris 65
 iol urbs 11
 iolenſes unde dicti 163
 ionia 28
 ionij maris insulæ 67
 ioppe 22. 307
 iordanis fluuius 307
 iris

I N D E X.

iris gēma 306 *issos* 24
ister flu. 40. & *Istri*
fluminis tractus 229
isthmici ludi 203
isthmus Græciæ 32
italicæ descriptio 54.
 182, 183

iudeæ descriptio 307

K

Yvōɔɔnūx He
cubæ sepulchrū 218

L

Abyrinthus 19
ladae pernicitas 171
laodicea 23
laser quid sit 279
lemnus insul. 67, 225
leonus natura 271
leōtophones bestiæ 273
leucrocuta bestia *Indiæ*
 fol. 344
libya unde dicta 260
lipara insula 200
lupi Italici 186
lusitania 73
lycaon 288

lychnites lapis 349
lycia 20, 318
lygdamus cōcreta ha-
buit ossa 165
lymira fl. 27
lynxes 186

M

M *Acedonia fon-*
lio 48, 209
macrocephali pop. 35
magnetis & Adamans-
tis antipathia 349
M. *Marcelli militaris*
foelicitas 173
mare caspiū 82. *mor-*
tuū 308. *nostrū* 3.
rubrū *unde denomi-*
natum 302 (355
margaritarū collectio
margiana regio 333
massylia 59. *quando*
 condita 189
mauritaniæ descriptio
mausoleū 28. (10, 263
meander amnis 320
mcconites lapis 314
 * 5 *medie*

I N D E X.

- mediterranei maris si-
 nus 257
 medica arbor 331
 medullæ cerui febriles
 calores sedant 246
 menstruorū natura 161
 meroë insula 96
 meroes mons in quo Li-
 ber enutritus 91
 merulæ candidæ ubi re-
 periuntur 203
 metrodori philosophi
 memorie donū 174
 miletus urbs Ioniae 28.
 milonis Crotonis (321
 ensis robustia 156
 mithridates Rex Pon-
 ti 174 (pis 313
 mitridax præciosus laz-
 molochites gēma 306
 monoceros atrox ani-
 monoscelis 42 (mal 345
 monstrosæ procerita-
 tis exempla 169
 moschorum regio 113
 M. Sergij fortitudo f.
 (172
- mulucha amnis 114
 müdum esse unū 104
 mutæ gentes 97
 myrchiæ lapis 313
 myrrha prouentus 303
 myrmecites lapis 314
 myrtoi mariis insul. 67
- N** Arbonaurbs 59
 naſamonites lapis 278
 naxos insula 224
 neuri in bestias mutan-
 tur 42.231
 nigrite 100
 nili descriptio 293. in-
 undationis eius cau-
 ſe 18.294. fons 98
 ostia 21. tractus 17.
 nomades populi 15
 numidiæ descriptio 11
- O** Ceani diuersa no-
 mina 259. intume-
 ſcentis cauſæ ibid.
 oceanus septentr. 243
 oeta mous 49
 olym-

I N D E X.

- | | | | |
|-------------------------------|----------|-------------------------------|-----|
| <i>olympus</i> | 49.208 | <i>peneus annis</i> | 208 |
| <i>olympia certamina</i> | 50 | <i>perdicū Bæoticarū na-</i> | |
| <i>onagri</i> | 274 | <i>tura</i> 206 (pla) 171 | |
| <i>oones populi</i> | 244 | <i>pernicitatis miræ exē-</i> | |
| <i>opalius lapis</i> | 306 | <i>persicus sinus</i> 93.359 | |
| <i>orchades inf.</i> | 37.254 | <i>phœnix avis</i> 95.304 | |
| <i>orestidæ populi</i> | 210 | <i>phœnices</i> 22 (res 22 | |
| <i>orphei poëtæ patria f.</i> | | <i>phœnices artiū muēto-</i> | |
| <i>ortygia inf.</i> | 222 (215 | <i>pha'angium aranei</i> ge- | |
| <i>oxus fluuius</i> | 83 | <i>nus</i> 221 | |
| P | | | |
| <i>Adus fl.</i> | 55.184 | <i>phlegra gigantū inter-</i> | |
| <i>pæantis lapis</i> | 213 | <i>necione memorabilis</i> | |
| <i>pæderotes lapis</i> | 306 | <i>phlogites la.</i> 314 (210 | |
| <i>pændenses foemini</i> re- | | <i>philippus Alexā. pater</i> | |
| <i>guntur</i> | 341 | <i>oculo captus ubi</i> 209 | |
| <i>palæstina</i> | 22 | <i>phocēsis puincia</i> 189 | |
| <i>pallanteū oppidū</i> | 151 | <i>phrygiae descript.</i> 320 | |
| <i>palma Aegyptia</i> | 299 | <i>phryxi templum</i> 35 | |
| <i>pamphylia</i> | 26 | <i>phylenorū aræ</i> 13 | |
| <i>patherarū natura</i> | 241 | <i>pietatis facellum</i> qua | |
| <i>paphlagonia</i> | 34.326 | <i>occasione conditū</i> 177 | |
| <i>paros insula</i> | 224 | <i>pindarus poëta Regi</i> | |
| <i>parihiæ descript.</i> | 360 | <i>Macedon. gratus</i> 212 | |
| <i>patara opp.</i> | 27 | <i>piper ubi prouēiat</i> 347 | |
| <i>peloponnesus</i> | 49.204 | <i>piscium caro contusa</i> | |
| | | <i>farris loco</i> 64 | |
| | | Rom- | |

I N D E X.

- | | |
|-------------------------|-------------------------|
| pomp. Melæ patriæ 64 | romanorum regū suę |
| pompeipolis 24 (133) | cessio 153 |
| pontica herba 251 | S |
| pontus Euxini desc. 33 | Agdal lapis 312 |
| prasia gēs indica 340 | samos insula 225 |
| propontis 32 (197) | sarda lapis 224 |
| proserpina ubi rapta | sardmia ins. 70, 192 |
| psittacorū terra, eoru- | sardonia herba 193 |
| que natura 345 | saraonyx gemma 305 |
| psylli 277 | sarmatia 81 |
| punicab. quo tēpore | satyrorū sedes 98, 281 |
| pygmæi 95 (gesta 155) | scandinauia ins. 248 |
| pyramides Aegyp. 19. | scimitæ populi 302 |
| pyramus fl. 24 (301) | scincus quile animal |
| pyrrhites lapis 314 | scipionis nasica= (298 |
| | niprobitas 175 |
| R | scylla quid 69 |
| Regio frigore inhabi- | scyronia saxa 52 |
| tabilis 235 | scytale serpens 275 |
| rheni decursus 78 | scytharum barbaries |
| rhinocer. animal 288 | 234. mores 41 |
| rhodanus fl. 59, 189 | scythia Europea 38 |
| rhodus insula 225 | scythopolis oppid. 310 |
| ripæ & littoris discrī- | selenites lapis 314 |
| roma 55. (men 110 | seleucia 23 (247 |
| rome conditor 152. | septentrionales feræ f. |
| urbis origo 149, 152 | seres |

Eichlauffaffen
Landzoo 6

I N D E X.

- | | | | |
|---|----------|--|---------|
| Seres 5: populi | 336 | strymon fl. | 47 |
| serici prouentus | 337 | succini generatio | 248 |
| sibylla Cumana, Eric
threa, Delphica | 182 | sulpitiae, Fuluij Flaccis
coniugis probitas | 177 |
| siciliae descriptio | 69. | sunum promoniorum | 52 |
| 194. quādo prouincia Rom. facta sit ib. | | suppolares septentrio-
nis | 82. |
| mirabiles eius aquae | | syria | 21 |
| siderites lapis | 314 (197 | syrites Africæ | 13 |
| sidon | 23 | T | |
| simiarum natura | 280 | Aecolithos lapis
fol. | 313 |
| smaragdus lapis | 236 | tanaron promontori-
um | 202 |
| sodomum atq; Gomor
rbum | 309 | talga insula | 88 |
| solem execrantes popu
li | 15 | tanai flu. | 37 |
| solifugæ natura | 192 | taprobane insula | 92 |
| solis gemma | 314. | tarandus animal | 288 |
| solis mensa | 96 | tarraco urbs Hispaniae | |
| soloe opp. Cilicie | 316 | tauri Indici | 344 (62 |
| sophoclis humatio | 176 | taurus mons | 27.317 |
| sparta urbs | 202 | tenedus insula | 65 |
| sporades insulae | 68 | tergestum | 54 |
| strabonis oculi plus q
Lyncei | 171 | terrae distributio | 3 |
| strongyle insula | 200 | terræmotu urbes | 12. |
| | | in Asia absorptæ | 319 |
| | | Chalæe | |

I N D E X.

- | | | | |
|---------------------------|---------|---------------------------|---------|
| thaletis patria | 29 | troglodytæ | 15. 29 |
| thanatos insula | 253 | turcarum regio pris- | |
| tharitus urbs | 315 | ca | 37 |
| thebae 21. Beoti- | | turduli | 74 |
| ce | 205 | typhonium antrum | 25 |
| thessaliae descriptio fo- | | tyrrheni maris insule | |
| lio | 207 | fol. | 190 |
| thracia 43. urbes | | tyrus | 23 |
| eius | 45 | | |
| thracum mores 44. | | V | |
| Θ 214 | | Eneris crinis la- | |
| thule insula | 88. 253 | pis | 314 |
| thus ubi proueniat fo- | | uipera | 185 |
| lio | 303 | uitis prolific a uis dura | |
| tiberiadis lacus | 308 | bilior | 162 |
| tibur quis condiderit | | ulysippo urbs | 256 |
| fol. | 180 | um.bri unde denomina | |
| tigris animal ſeuū 84. | | ti | 161 |
| fluuius | 93. 312 | uniones Soli inueniunt | |
| tigrium natura et per- | | tur | 356 |
| nicitas | 240 | uopisci qui dicantur | |
| tingi oppidū | 10. 260 | fol. | 164 |
| tragelaphi | 246 | urbes Aegypti | 20 |
| tripolis | 23 | uriſera Borealis | 247 |
| tritonis palus | 13 | urforum natura | 267 |
| Troas regio Asiae | 320 | utica | 12. 150 |
| | | uulcaniae insulae | 200 |
| | | uulcas | |

I N D E X.

<i>Vulcaniæ collis</i>	199	Z	<i>Milaces lapis fo-</i>
X			<i>lio</i> 312
<i>Xanthus fu.</i>	27		<i>zonarum distinctio</i> 2
<i>Xerxis exercitus</i>			<i>zona quatuor</i> 104
<i>fol.</i>	46		

F I N I S.

Errata in Pomp. Mela commissa sic emendabis;
prior numerus folium, secundus li-
neam designat.

Pag. 4. linea ult. Inde eam fol. 5. lin. 15. uno nomine. fol. 7.
8. procurrit. lin. 12. Adriaticum. 8. 14. harenis. 14. 3. concurre-
tent 17. 16. ibi nomen. 23. 21. Myriandros. 24. 7. Amanoides.
25. 5. umbras 26. 2. Anemurium. 27. 22. armorum. 30. 3. Ae-
olis facta. 31. 16. effusit. 32. 3. Mariandynei. 7. Phoceis. 9. quasna
terras. 35. 6. feri. 36. 2. Melanchlæni. 37. 18. ad eos. 41. ult. statæ
sedem. 42. 14. perpotatis. 44. 1. moribus. Quidā 2. opinio per-
ficit. 10. interfici. 45. 9. in sinu. 46. 22. Circa Hebrum Cico-
nes, trans eundem. 47. 8. Democritum. 19. unde imbrēs 48.
12. illustrem. ult. Casiandria. 49. 22. uocatur q̄. 59. 18. partem
eius amnis nauigabili alueo effundit. 61. ult. sicuti ob peni-
tiam 66. 24. Thasos. 71. 19. inuenta sunt. 73. 19. à mari 75. 13.
Mearus exit. 77. 22. at ubi. 80. 4. Syluarum. 83. 21. Iberos. 84.
16. profugus raptor. 23. Metellum. 96. 8. nouem. 17. clausam.
87. 7. à continent. 88. 18. ipse non 91. 10. Cudum. 92. 17. quia
ibi 94. 9. despe&us. 97. 1. frondibus 20. Mutæ gentes. 98. 2.
modum placuit, ut amplecti. 99. 17. cai 23. exusta 103. 6. To-
tius iōs. 8. uastatur. 107. 2. latitudinem. 108. 12. à populis Mae-
cicis. 117. 15. terminatur. 121. 15. filio. 125. 3. gigātem. 18. execto
128. 3. celeberrimnm. 129. 1. factas 12. usq; ad Massæsylorum
16. Zeugitana. 130. 2. dilutum 3. aquarā 25. portū clara 26.
Amula 131. 16. Gracchorum. 21. pomis.

Errata in Solino commissa.

162.11. exuunt. 164.13. concretum 170.5. humf 171.25. Pu-
nicam 182.2. Quo 183.21. edislera. 184. 4. Reatino 185.3. & de-
sulta 187.7. ob murmurarent 17. Exceduntur 188.19. excavau-
rent 189.9. ante aduentum 15. At ex 190.5. cauetnarum 197.
20. qui ad 101.16. immergas 203.1. Laconas 8. Pallanteum.
205.15. Hippocrene 209.23. Hæmi 210.1. Athon 211. 10. redu-
niæ 212.10. Pindarum Lyricum 226.23. potitus est 228.11. mul-
torumq[ue] 235.19. Heniochorum 239. 16. prosequabantur 249.
25. Cerauniarum 250. ult. uberteq[ue] 252.4. genilibus 253.11. Vi-
tra 24. uotum 258.18. Tyrium 265.16. setarum 22. nodis illig-
ant 271.6. colonis 273.4. falcidis 278.11. Cyrenas ult. quem
a 282.17. dissonam sui 283.5. fontem 287. linguas 291.15. Af-
firmant 293.2. amplectitur 295.11. indicarunt 298.3. exigui
17. quibus & 25. nullæ 299.9. noxiorum 12. examina 16. ter-
minos 19. reliqua 303.14. familiarum 13. idem illi cum lu-
cos istos 204.17. concinnat 305.24. canticante 306.18. suavi-
tate 20. Pelusium 308.9. ingenuo æstu 310.12. animis 311.5. or-
tus 314.13. fulgidi 315.22. Tarto 317.2. scopulis 319.16. Alexan-
der 323.20. fronde 325.17. Mariandini 330.22. censuram 334.
2. itineribus. 336.24. efferata. 337.23. res Indicas scriptit. 339.26
paria prodidit. 341.20. flexibilibus 342. 1. epulashabent. 345.
9. ut quicquid 345.26. torque 346.2. quodam quasi 21. Ama-
zonice. 348.22. renitens 349.5. cedunt. 350.2. reperecessu. 351.
11. crederentur. 354.10. morte. 12. interdicitur. 360.
3. CYRI 14. occidut. 21. Cyri. 362.4.
plurimi. 364.9. stagnis.

POMPONII ME
LAE COSMOGRAPHI
DE SITV ORBIS,
Liber I.

P R O O E M I V M .



Rbis sitū dicere aggredior, impeditū opus, & facūdīæ minimē capax. Constat enim ferē ex gentiū, locorum quē nominib⁹, & eorum perplexo satis ordine, quem persequi lōga est magis, quam benigna materia: uerūm aspici tamen cognoscīç dignissimum: & quod, si non ope ingenij orantis, at ipsa sui contemplatione precium operæ attendentū absoluat. Diccam autem alias plura, & exactius. Nunc aut ut quęç erunt clarissima, & strictim: ac primo quidē, quæ sit forma totius, quę maxime partes, quo singulæ modo sint, utq; habitentur, expediam. Deinde rursus oras omniū, & litora ut intra extraçp sunt, atque ut ea subit, ac circumluit pelagus. Additis, quæ in natura regionum, incolarumq; memoranda sunt. Id quo facilius sciri possit, atq; accipi, paulo altius summa repetetur.

A M V N

POMPON. MEL AE
MVNDI IN PARTES
QVATVOR DI-
VISIO.



Zonarū di-
stinctio.

Mne igitur hoc, quicquid id est,
cui mundi, cœliq; nomen imidi-
mus, unum est, & uno ambitu
se, cunctaq; amplectitur. Parti-
bus differt: unde Sol oritur, ori-
ens nuncupatur, aut ortus: quò
demergitur, occidens, uel occasus: quà decurrit, me-
ridies: ab aduersa parte, septentrio. Huius medio
terra sublimis cingitur undiq; mari, eadēq; in duo
latera, quæ hemisphæria nominātur, ab oriente di-
uisa ad occasum, zonis quinq; distinguitur. Medi-
am æstus infestat, frigus ultimas. Reliquæ habita-
biles paria agunt anni tempora, uerum non pari-
ter. Antichthones alteram, nos alteram incolimus.
Illi situ ob ardorem intercedentis plague incogni-
to: huius dicendus est.

Hæc ergo ab oriu porrecta ad occasum, &, quia
sic iacet, aliquanto quàm ubi latissima est, longior,
ambit omnis oceano, quatuorq; ex eo maria reci-
pit: unum ab septentrione, à meridie duo, quartum
ab occasu. Suis locis illa referetur. Hoc primum an-
gustum,

gustum, nec amplius decem millibus passuum patens, terras aperit, atq; intrat, tum longè lateq; diffusum abigit uaste cedentia litora, ijsdemq; ex diuerso propè coëuntibus adeò in arctum agitur, ut minus mille passibus pateat. Inde se rursus, sed modice admodum laxat, rursusq; etiam quām fuit, artius exit in spatum. Quo cūm est acceptū, ingens iterum & magnum, & paludi, cæterum exiguo ore, coniungitur. Id omne, quā uenit, quaq; dispergitur, uno uocabulo nostrum mare dicitur. Angustias, introitumq; uenientis, nos fretum, Græci θεοροπ appellant. Quā diffundit, alia alijs locis cognomina acceptat, ubi primum se coarctat, Helleponitus uocatur. Propontis ubi expandit: ubi iterū presit, Thracius Bosphorus: ubi iterum effundit, pontus Euxinus: quā paludi committitur, Cimmerius Bosphorus, palus ipsa Maeotis.

Hoc mari, & duobus inclytis amnibus Tanai, Orbis terræ Nilo, in tres partes uniuersum diuiditur. Tana-ni diuisio, is à septentrione ad meridiem uergens in medium ferè Maeotida defluit, & ex diuerso Nilus in pelagus. Quod terrarum iacet à fredo ad ea flumina, ab altero latere Africam uocamus, ab altero Europe pen, ad Nilum Africanum, ad Tanain. Europe pen. Ultra quicquid est,
Asia est.

A 2 S V M

Mare nostrum

S U M M A A S I A E D E -
S C R I P T I O .



Ribus hanc è partibus tangit Oceanus: ita nominibus ut locis differens. Eous ab oriente, à meridie Indicus, à Septentrione Scythicus. Ipsa ingenti, ac perpetua fronte ad orientem uersa, tantum ibi se in latitudinem, quantum Europa, & Africa, & pelagus, quod inter ambas immisum est, effundit. Inde cum aliquatenus solida processit, ex illo oceano, quem indicum diximus, Arabicum mare & Persicum, ex Scythico Caspium recipit: & ideo quia recipit, angustior. Rursus expanditur, & fit tam latè, quam fuerat. Deinde cum iam in suum finem, alterumq; terrarum confinia deuenit, media nostris equoribus excipitur: reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanain. Ora eius cù alueo Nili amnis, ripis descedit in pelagus, et diu sicut illud in cedit, ita sua litora porrigit, deinde fit uenienti obuiam, & primum se ingenti ambitu incuruat, post se ingenti fronte ad Helleponiticum fretum extendet, ab eo iterum obliquat ad Bosphorum, iterumq; ad Ponticum latus curua, aditum Maeotidos transverso margine tangit. Inde eam gremio ad Tanain

ufq;

LIBER I.

¶

usque complexa, fit ripa, qua Tanais est.

In ea primos hominum accipimus ab oriente, Indos, Seres, & Scythes. Seres media fermè Eoē partis incolunt, Indi & Scytha ultima: ambo late patientes, neq; in hoc tantum pelagus effusi: spectant enim etiam meridiem Indi, vnamq; Indicis maris (nisi ubi aestus inhabitabilem efficiunt) diu continuis gentibus occupant: spectant & septentrionem Scytha, ac littus Scythicum, nisi unde frigoribus arcetur, usq; ad Caspium sinum possident.

Indis proxima est Ariane, deinde Aria, & Gedrosia, & Persis ad sinum Persicum. Hunc populi Persarum ambunt, illum alterum Arabes: ab his, quod in Africam restat, Aethiopum est. Illic Caspiani Scythis proximi, sinum Caspium cingunt, ultra Amazones, ultraq; eas Hyperborei esse memori-antur.

Interiora terrarum multæ uarietati gentes habi- Mediterra-
tant, Gandari & Paricani, Bactri & Susiani, Pharnese gentes
macotrophi, Bomarei, Coamani, Rophanes, Dahæ. Asia.
Super Scythes Scythorumq; deserta ac super Caspi
um sinum, Comari, Massagetae, Cadusii, Hyrcani,
Hiberi. Super Amazonas, & Hyperboreos, Cim-
merij, Scytha, * Eniochie, Georgi, Moschi, Corsi- * Forte Enio-
tae, Phoristæ, Riphaces, atq; ubi in nostra maria tra chitæ.
Eius excedit, Mardi, Antibarani, & notiora iam no-

POMPON. MELAE

mima, Medi, Armenij, Comageni, Murrani, Vegeti, Cappadoces, Gallogreci, Lycaones, Phryges, Pisidæ, Isauri, Lydi, Syrocilices.

Rursus ex ijs, qui meridiem spectant, eædē gentes interiora litora usq; ad sinum Persicum. Super hunc Parthi, & Assyrij, super illum alterum Babylonij. Et super Aethiopas Aegypti, ripis Nili amnis & mari proxima ijdem Aegyptij possident. Deinde Arabia angusta fronte sequentia litora attingit. Ab ea usq; ad flexum illum, quem supra retulimus, Syria, & in ipso flexu Cilicia: extra autem, Lycia & Pamphylia, Caria, Ionia, Aeolis, Troas usq; ad Hellespontum. Ab eo Bithyni sunt ad Thracium Bosphorum. Circa Pontum aliquot populi alio atlioq; fine, omnes una nomine Pontici dicuntur, ad lacum Maeotici, ad Tanais Sauromatae.

SUMMA EVROPÆ DESCRIPTIO.

Limites.



Europa terminos habet ab oriente Tanais & Maeotida & Pontum, à meridie reliqua nostri maris, ab occidente Atlanticum, à septentione Britannicum oceanum. Ora eius, forma litorum à Tanais ad Hellespontum, qua ripa est dicti amnis, quæ flexum

flexum paludis ad Bosphorum redigit: qua Ponto, Propontidi, & Hellepono latere adiacet, contra rīs litoribus siē non opposita modō, uerum etiam similis est. Inde ad fretum nunc uaste retracta, nunc prominens, tres maximos sinus efficit, totidemq; in altum se magnis frontibus euehit. Extra fretum ad occidentem inæqualis admodum præcipue media, qua procurrat ad septentrionem, nisi ubi semel iterumq; grandi recessu abducitur, penè ut directo limite extenta est. Mare quod primo sinus accipit, Aegaeum dicitur: quod sequenti in ore, Ionium, Adriaticum interius: quod ultimo, nos Tuscum, quod Graij & tyrrhenum perhibent.


Gentium prima est Scythia alta, quam dicta est, Gentes Eu- à Tanai medio ferme Ponici lateris. Hinc in Aegaei ropa. Partem continens Thraciæ ac Macedoniæ adiungit. Tum Gracia prominet, Aegaeumq; ab Ionio mari dirimit. Adriatici latus Illyri occupat. Inter ipsum Adriaticum & Tuscum Italia procurrat. In Tuscio intimo Galli est: ultra Hispania est. Hæc in occidentem, deniq; etiam ad septentrionem diuer- sis frontibus uergit: deinde rursus Gallia est longe, & à nostris litoribus hucusq; promissa. Ab ea Germani ad Sarmatas porri- guntur: illi ad Asiā. Hæc de Europa.

S V M M A A F R I C A E D E-
S C R I P T I O.



Africa ab orientis parte Nilo terminata, pelago à cæteris: breuior est quidem, quàm Europa: quia nec usquam Asia, & non totis huius litoribus obtenditur. Longior tamen ipsa quàm latior, & quàd ad fluuium attingit latissima. vtq; inde procedit, ita media præcipue in iuga exurgens pergit incurua ad occasum, fastigiatq; se molliter, & ideo ex spatio paulatim adductior. vbi finitur, ibi maximè angusta est. Quantum incolitur, eximiè fertilis, uerumq; quod pleraq; eius inculta, & aut barensis sterilibus obducta, aut ob similitudinem cœli terrarum deserta sunt, aut infestantur multo ac malefico genere animalium: uastla est magis, quàm frequens.

Mare quo cingitur, à septenirione Libicum, à meridie Aethiopicum, ab occidente Atlanticum dicimus. Ab ea parte, quæ Libycō adiacet, proxima est Nilo prouincia, quàm Cyrenas uocant. Deinde cui totius regionis uocabulo cognomē inditum est, Africa. Cætera Numidæ, & Mauri tenent, sed Mauri in Atlanticum pelagus expositi. Ultra Nigritæ sunt,



sunt, & Pharusij, usq; ad Aethiopas. Hi & reliqua huius, & totum latus, quod meridiem spectat, usq; in Asie confinia possident. At super ea, quæ Libyco mari abluuntur, Libyes Aegypti sunt, & Leucoæthiopes, & natio frequens multiplexq; Getuliz deinde late uacat regio perpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamantas post Augias & Troglodytas, & ultimos ad occasum Atlantas audimus. Intra (si credere libet) uix iam homines, magisq; semiferi Aegypani, & Blemmyæ, & Gamphasantes, & Satyri, sine tectis passim ac sedibus uagi habent potius terras quam habitent.

Hæc summa nostri orbis, hæ maximæ partes, hæ formæ gentesq; partium. Nunc ex auctoritas oras, situsq; dicturo inde est commodissimum pere, un Methodus de terras nostrum pelagus ingreditur, & ab ijs libri. potissimum, quæ influeti dextra sunt. Deinde strin gere litora ordine, quo iacent, peragatisq; omnibus, quæ mare attingunt, legere etiam illa, quæ cingit oceanus, donec rursus incepti operis intra extraq; circumiectus orbe, illuc, unde coeperit, redeat.


PARTICULARIS AFRICAE
DESCRIPTIO.

2


MAVRITANIA.



Ictum est Atlanticum esse oceanum,
qui terras ab occidente contingere:
hinc in nostrum mare pergentibus
læua Hispania, Mauritania dextra
est. Primæ partes, illæ Europe, hæ Africæ. Eius o-
Molochot. ræ finis * Mulucha, caput, atq; exordium est pro-
Ptol. montorium, quod Græci Ampelusian, s; fri aliter,
sed idem significante uocabulo appellant. In eo est
specus Herculi sacer, & ultra specum Tingi oppi-
dum peruetus, & ab Antæo (ut ferunt) conditum.
Extat rei signum parma Elephantino tergore exe-
cto ingens, & ob magnitudinem nulli nunc usuro
habilis, quam locorum accolæ ab illo gestatam pro-
uerò habent traduntq; & inde eximiè colunt. De-
inde est mons præaltus, ei quem ex aduerso Hispa-
nia attollit obiectus, hunc Abylam, illum Calpen
Columnæ uocant, columnas Herculis utrumq;. Addit fama no-
Herculis. minis fabulam, Herculem ipsum iunctos olim perpe-
tuo iugo diremisse colles, atque ita exclusum antea
mole montium oceanum, ad ea quæ nunc inundat,
admissum.



A. Ampelusa promōt. B. Mulucha fl. C. Calpe promōt. D. Septē fratres. E. Magans portus. F. Cæsarea. Tol. G. Arsenari.



A. Hippo. B. Castra Cornelii. C. Leptis parua. D. Mercurij promont. E. Neapolis Colo. F. Oea. G. Doreum promont.

admissum. Hinc iam mare latius funditur, summo-
tasq; uastius terras magno impetu inflectit.

Ceterum regio ignobilis, & uix quicquam illus-
stre sortita, paruis oppidis habitatur, parua flumi-
na emitit, solo quam uiris melior, & segnitie gen-
tis obscura. Ex ijs tamen, quæ commemorare non
piget, montes sunt alti, qui continentur, & quasi de
industria in ordinem expositi, ob numerum septē,
ob similitudinem fratres uocantur. * Tamuada * Tamusi-
flu. & Rusicada, & siga paruae urbes, & portus, da op. Ptol.
cui Magno est cognomen ob spacium. Mulucha il-
le quem diximus, amnis est ingentium olim regno-
rum terminus Bocchi, ugurthæp.

N V M I D I A.



Beo Numidia ad ripas exposita flu-
minis Ampsagæ, spatio quidē, quam
Mauritania angustior est, uerum &
cultæ magis, & ditione. Vrbium quas
habet, maximæ sunt Cirta procul mari, nunc sitti-
anorum colonia, quondam regum domus, Lubæ &
Syphacis, cum foret opulentissima: Iol aliquando
ignobilis, nunc quia Lubæ regia fuit, & quod Cæsa-
rea uocatur, illustris. Citra hæc (nam in medio fer-
mè litore sita est) Cartenna & Arsenaria sunt oppi-
da &

da & Ampsa castellum, & Laturus sinus, & Sardabale fluuius. Ultra, monumentum commune regiae gentis. Deinde Icosium, & Vthisia urbes, effluentes inter eas Aneus, & Nabar, aliaq; quæ taceri nullum rerum famœ dispendium est.

Interius & longè satis à litore (si fidem res capit) mirum admodum, spinæ piscium, Muricum Ostreorumq; fragmenta, saxa attrita (uti soleni) fluctibus & non differentia, marinis infixa cauitibus anchoræ, aliaq; huiusmodi signa atq; uestigia effusi olim usq; ad ea loca pelagi, in campis nihil aléntibus esse, inueniriq; narrantur.

AFRICA MINOR.

* Colops mag
nus ut puta
tur Ptolom.



Egio quæ sequitur, à promontorio * Metagonio ad aras Philenorum propriè nomen Africæ usurpat. In ea sunt oppida Hippo regius, & Ruscide, & Tabraca. Deinde tria promontoria Can-

* Hermæum didum, Appollinis, * Mercurij, uastè projecta in aliis.

altum duos grandes sinus efficiunt, Hippensem uocant proximum ab Hippone Diarrhyto, quod litori eius appositum est. in altero sunt castra Lælia, castra Cornelia, flumen Bragada. Utica & Carthago, ambæ inclyte, ambæ à Phoenicibus conditæ. Il-

la fato

la fato Catonis insignis; hæc suo, nunc populi Ro-
 mani colonia, olim imperij eius pertinax emula: iā
 quidem iterum opulenta, etiam nunc tam priorum
 excidio rerum, quam ope præsentium clarior. Ha-
 drumetum, Leptis, Clupea, Abrotonum, * Taphra, * ^{Taphrura}
 Neapolis, hinc ad Syrtim adiacent, ut inter ignobi-
 lia celeberrimæ. Syrtis ^{Ptol.} sinus est centum ferè millia
 passuum, qua mare accipit patens, trecenta qua cim
 gitur. Verum importuosus atq; atrox, & ob uado-
 rum frequentium breuia, magisq; etiam ob alter=
 nos motus pelagi affluentis & refluxus, infestus.
 Super hunc ingens palus annem Tritona recipit,
 ipsa Tritonis, unde & Minerue cognomen indi-
 tum est, ut incolæ arbitrantur, ibi genitæ, faciuntq;
 ei fabulæ aliquam fidem, quod quem natalem eius
 putant, ludicris uirginum inter se decertantium ce-
 lebrant. Ultra est Oea oppidum, & Cyniphs fluui-
 us per uberrima arua decidens. Tum Leptis altera,
 & Syrtis nomine atq; ingenio par priori, ceterum
 altero ferè spatio, qua dehiscit, quaq; flexum agit,
 amplior. Eius promontorium est Borion, ab eoq;
 inciens ora, quam Lotophagi tenuisse dicuntur
 usq; ad Phycunta (& id promontorium est) impor-
 tuoso litore perimax. Aræ ipse nomen ex Phylea-
 nis fratribus traxere, qui contra Cyrenaicos missi
 Carthaginem ad derimendum conditione bellum, die

1573


Iam de finibus & cum magnis amborum cladibus
gestum postquam in eo quod conuenerat, non m
nebatur, ut ibi legati concurrent, certo tempore us
trinq; dimissi, ibi termini statuerentur: pacti de in
tegro, ut quicquid citra esset, popularibus cederet:
mirum, & memoria dignissimum facinus, hic se uis
uos obrui pertulerunt.

Fons Solis.



Nde ad Catabathmon Cyrenaica
prouincia est, in eaq; sunt Hammo
nis oraculum fidei inclivie, et fons,
quem Solis appellat, & rupes que
dam Austro sacra. Hec cum homi
num manu attingitur, ille immodicus exurgit, are
nasq; quasi maria agens sic sauit, ut æquor flucti
bus. Fons media nocte feruet, mox & paulatim iea
pescens fit luce frigidus: tunc ut sol surgit ita frigi
dior, subinde per meridiem maximè riget, sumit de
inde temores iterum, & prima nocte calidus, atq;
ut ille procedit, ita calidior: rursus cum est media,
perferuet.

In litore promontoria sunt Zephyrion, & Nan
themos, portus Parætonius. Vrbes, Hesperia, A
pollonia, Ptolemais, Arsinoë: atq; unde terris nos
men



A. Phicus promont. B. Fons solis. C. Zephirium promont. D. Ptolemais. E. Boreum promont. F. Garamantes pop.
G. Anglic.pop.

CYRILLANO

31


men est, ipsa Cyrene. Catabathmos uallis de uex^a
in Aegyptum, finit Africam.

Oræ sic habitantur, ad nostrum maximè ritum
moratis cultoribus, nisi quòd quidam linguis diffe-
runt, & cultu deorum, quos patrios seruant, ac pa-
trio more uenerantur. Proximis nullæ quidem ur-
bes stant, tamen domicilia sunt, quæ mapalia appel-
lantur: uictus asper, & mundicijs carens: primo-
ret sagis uelantur: uulgi bestiarum, pecudumq; pel-
libus, humi quies, epulæq; capiuntur. Vasa ligno fi-
unt, aut cortice: potus est lac, succusq; baccarum: ci-
bus est caro plurimum ferina: nam gregibus, (quia
id solum optimum est) quoad potest, parcitur. Inte-
riores etiam incultius sequuntur uagi pecora, utq; à Nomadeg^z
Pabulo ducta sunt, ita se ac tuguria sua promouēt,
atq; ubi dies deficit, ibi noctem agunt: quanquam
in familias paßim, & sine lege dispersi, nihil in cō-
mune consultant, tamen, quòd singulis aliquot si-
mul contuges, & plures ob id liberi agnatiq; sunt,
nusquam pauci degunt.

Ex his, qui ultra deserta esse memorantur, Af-
lantes Solem execrantur, & dum occidit, ut ipsis aë-
grisq; pestiferum: nomina singuli non habent, non
uescuntur animalibus, neq; illis in quiete, qualia ce-
teris mortalibus, uisere datur. Troglodyte nullarū Cauernar^z
Opum domini strident magis, quam loquuntur, spe incole-
cūs sub^z

cus subeunt, alunturq; serpentibus. Apud Garamantes etiam armenta sunt ea, quæ obliqua ceruice passuntur, nam pronis directa in humum cornua officiunt: nulli certa uxor est, ex his, qui tam confuso parentum coitu paſſim incertiq; nascuntur, quos prouis colant, formæ similitudine agnoscunt. Augilæ manes tantum deos putant, per eos deierant, eos ut oracula consulunt, præcatiq; quæ uolunt, ubi tumulis incubuere, pro responsis ferunt somnia. Fœminis eorum solenne est nocte, qua nubunt, omnium stupro patere, qui cum munere aduenerint: & tum cum plurimis concubuisse maximum decus, in reliquum pudicitia insignis est. Nudi sunt Gamphantes, armorumq; omnium ignari, nec uitare sciunt tela, nec iacere: ideoq; obuios fugiunt: neq; aliorum quam quibus idem ingenij est, aut congressus, aut colloquia patiuntur. Blemmyis capita absunt, uultus in pectore est. Satyris præter effigiem nihil humani, Aegipanum, quæ celebraztur, ea forma est. Hæc de Africa.

PAR-



A. Astaboras. B. Astapus. C. Elephantis. D. Cercasorum opp. E. Mœrus palus. F. Bubastis. G. Thebe. H. Pelusium.

PARTICULARIS ASIAE
DESCRIPTIO.

AEgyptus.

S



Sic prima pars Aegyptus, inter Catabantmon, & Arabas, ab hoc litore penitus immissa, donec Aethiopiam dorso contingat, ad meridiem refugit. Terra expers imbrum, mirè tamen fertilis, & hominum aliorumq; animalium perfecunda genitrix. Nilus efficit, amnium in nostrum mare permeantium maximus. Hic ex desertis Africæ missus, nec statim nauigari facilis, nec statim Nilus est: & cum diu simplex, sœuusq; descendit circa Meroë latè patentem insulam, in Aethiopiam diffunditur, alteraq; ex parte Astaboras, altera Astapus dictus est. Vbi rursus coit, ibi nomen hoc capit. Inde partim asper, partim nauigia patiens, in immanem lacum deuenit: ex quo præcipiti impetu egressus, & Tachemp'o alteram insulam amplexus, usq; ad Ele Pantidem urbem Aegyptiam atrox adhuc feruens, quæ decurrit. Tum demum placidior, & iam pene nauigabilis, primum iuxta Cercasorum oppidum triplex esse incipit: deinde semel iterumq; diuisus,

B

ad Del-

18 POMPON. MELAE

ad Delta & ad Metilim it per om̄e Aegyptum uagus, atq; dispersus, septemq; in ora se scindens, singularis tamen grandis evoluitur.

Nili exundans Non pererrat autem tantum eam, sed æstiuo sy-
canno. dere exundans etiam irrigat, adeò efficacibus aquis ad generandum, alendumq; ut præter id, quod sca-
tet piscibus, quod Hippopotamos, Crocodilosq; ua-
stas belluas gignit, glebis etiam infundat animas, ex
ipsaq; humo uitalia effingat. hoc eo manifestū est;
quod ubi sedauit diluuiia, ac se sibi reddidit, per hu-
mentes campos quædam nondum perfecta anima-
lia, sed tum primum accipiētia spiritum, & ex par-
te iam formata, & ex parte adhuc terrea uisuntur.
Crescit porrò, siue quod solute magnis æstibus ni-
ues ex immanibus Aethiopie iugis largius, quam
ripis accipi queant, defluunt: siue quod Sol hyemo
terrīs propior, & ob id fontem eius immuens: in
æstate tunc altius abit, sinitq; integrum, et ut est ple-
nissimus, surgere. Siue quod per ea tempora flan-
tes Etesiae, aut actas à septentrione in meridiem nu-
bes super principia eius imbræ præcipitant: aut ue-
nienti obuiæ aduerso spiritu, cursùm descendentes
impediunt: aut arenis, quas cum fluctibus litori ap-
plicant, ostia obducunt. Fitq; maior, uel quod nihil
ex semet amittit, uel quod minus, quam debet, emit-
tit. Quod si est alter orbis, suntq; oppositi nobis
meridiæ.

meridie Antichihones, ne illud quidem à uero nim
um abscescerit, in illis terris ortum amnē, ubi sub
ter maria coeco aliœo penetraverit, in nostris rur
sus emergere, & hac re solstitialio accrescere, quod
tum hyems sit unde oritur.

Alia quoq; in his terris mira sunt. In quodam la
cu Chemnis insula, lucos sylvasq; & Apollinis grā Chemnis illa
de sustinens templum natat, & quocunq; uenti a
gunt pellitur. Pyramides tricennum pedum lapidi
bus extructæ, quarum maxima (tres namque sunt)
quatuor fere soli iugera, sua sede occupat, totidēq;
in altitudinem erigitur. Moeris aliquando campus,
nunc lacus, uiginti millia passuum in circuitu pa
tens, altior quam ad nauigandum magnis, onustisq;
nauibus satis. Psammetichi opus Labyrinthus do
mos mille, & regias duodecim perpetuo parietis Labyrinthum
ambitu amplexus, marmore extractus ac tectus, u
num in se descensum habet, intus penè innumerabi
les vias multis ambagibus hic & illuc remeātibus,
scd continuò anfractu, & sepe reuocatis portici
bus anticipates: quibus subinde ali in super alios ora
bem agentibus, & subinde tantum redeunte flexu,
quantum processerat, magno & inexplicabili ta
men errore perplexus est.

Cultores regionum multò aliter à ceteris agūt, Aegyptiorum
mortuos sumo obliti plangunt, nec crema re aut fo
mores:


B 2 acrē

fas putant: uerum arte medicatos intra penetralia collocant. Suis literis peruersè utuntur. Lutum inter manus, farinam calcibus subigunt. Forum ac negotia fœminæ, uiri pensa ac domos curant: onera illa humeris, hi capitibus accipiunt. Parentes, cum egerint, illis necesse est, his liberum est alere. Cibos palam, & extra sua tecta capiunt, obsoena intimes ædium reddunt. Colunt effigies multorum animalium: atq; ipsa magis animalia, sed alij alia, adeò ut quedam eorum etiam per imprudentiam interemisse, capitale sit. Et ubi morbo, aut forte extincta sint, sepelire, ac lugere solenne sit.

Apis. Apis populorum omnium numen est, bos niger, certis maculis insignis, & cauda linguaq; dissimilis aliorum: raro nascitur, nec coiu pecoris (ut aiunt) sed diuinitus & coelesti igne conceptus, diesq; quo gignitur, genti maximè festus est. Ipsi uetusissimi (ut prædicant) hominum, trecentos & tringinta re-

Ædælop. ges ante Amasim, & supra tredecim millium annorum etates certis annalibus referunt, mandatum q; literis seruant, dum Aegyptijs sunt, quater cursus suos uertisse sydera, ac Solem bis iam occidisse, unde nunc oritur.

Viginti millia urbium Amasi regnante habita-
* Cayru si- runt, & nunc multas habitant. Earum clarissime
ue Alcayru, procul à mari, says, * Memphis, Syene, Bubastis,
Elephan-



A. Casius mons. B. Cale Syr. C. Damascena Tyr. D. Sonbene. E. Phoenicid. F. Gaz. G. Euprosopon promont.
H. Marathus. I. Antiocheni. K. Sicus sinus. L. Amanoid. M. Mallon. N. Tarsus. O. Corycius specus.

Elephantis, & Thebae utiq., ut Homero dictum est, centum portas, siue (ut alij aiunt) centum aulas habent, totidem olim principum domos, solitasq; singulas, ubi negotium exegerat, dena armatorum milia effundere. In litore Alexandria Africæ contermi na. Pelusium Arabiæ ipsas oras secat. Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pathmiticum, Mendesi um, Tanicum, Pelusiaccum, Nili ostia.

Nili ostia.

ARABIA.

 Rabia hinc ad rubrum mare pertinet: sed illinc magis lœta & ditior, thure atq; odoribus abundat: hinc, ne si quæ Casio monte attollitur, plana & sterilis: portum admittit Azotum suarum mercium emporium. Quæ in altum abit, adeo ædita, ut ex summo uertice à quarta uigilia oriū Solis ostendat.

SYRIA.

6

 Yria late litora tenet, terrasq; etiam latius introrsus, alijs alijsq; nuncupata nominibus: nam & Cœle dicitur, & Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonie, & iudea, & Sophene.

B 3

Hinc

Hinc Palæstina est, quæ tangit Arabas cum Phœniciis: & ubi se Ciliciae committit, Antiochia, olim, ac diu potens: sed cum eam regno Semiramis tenet, longè potentissima. Ex operibus certe eius insignia multa sunt, duo maxime excellunt, constituta urbs

Urbes celebriteriores. miræ magnitudinis Babylon, ac siccis olim regionibus Euphrates, & Tigris immisæ. Ceterum in Palæstina est ingens, & munita admodum Gaza (sic Persæ Aerarium vocant) & inde nomen est, quod cum Cambyses armis Agyptum peteret, huc belli opes, & Pecuniam intulerat. Est non minor Ascalon. Est Iope ante diluvium (ut ferunt) condita, ubi Cepheus regnasse eo signo accolæ affirmant, quod titulum eius, fratribus Phinei ueteres quædam aræ cum religione plurima retinente, quim etiam rei celebratæ carminibus ac fabulis, seruataeque à Perseo Andromedæ, clarum uestigium bellæ marinæ ossa Æmmaria ostentant.

PHOENICIA.



Hoënicen illustrauere Phœnices, solers hominum genus, & ad belli pacisq; munia eximum. Literas, & literarum operas, aliasq; etiam artes, mare nauibus adire, classe configere, imperitare gentibus,

bus, regnum præliumq; commenti. In ea est Tyros
 aliquando insula, nunc annexa terris. defecit, quan-
 do ab impugnante quondam Alexandro iacta sunt
 opera, vici tenent ulteriora: & adhuc opulenta Si-
 don ante quam à Persis caperetur, maritimorum ur-
 bium maxima. Ab ea ad promontorium * Eupros, * Dei frons.
 spon duo sunt oppida Byblos, et votrys, ultra tria Ptol.
 fuerunt, singulis inter se stadijs distantia: locus ex
 numero Tripolis dicitur. Tum Simyra castellum,
 & urbs non obscura Maraihos. Inde iam non obli-
 qua pelago, sed aduersa adiacens à terra grandem
 sinum inflexo tractu litoris accipit. Populi dites cir-
 cumfident, suus efficit, quia regio fertilis crebris et
 nauigabilibus alueis fluminum peruita, diuersas o-
 pes maris atque terrarum facili commercio per-
 mutat ac miscet. In eo prima est reliqua pars Sy-
 riæ, cui Antiochiae cognomen additur: & in ora e-
 ius urbes Seleucia, Paltos, Beritos, Laodicea, Ara-
 dos. Amnesq; inter eas eunt Lichos, & Hypatos,
 & Orontes. Tum mons Amanus & ab
 eo statim Myriandos
 & Cilices.

CILICIA.



T in recessu intimo locus est magni aliquando discriminis fusorum ab Alexandro Persarum fugientisq; Darij spectator ac testis. Nunc ne minima quidem tunc ingenti urbe celebris Iffos fuit, & hac re sinus Ißicus dicitur. Procul inde Amanoides promontorium inter Pyramum, Cydnumq; fluuios iacet. Pyramus Iffo prior Mallon præterfluit. Cydnus ultra per Tarsum exit. Deinde urbs est olim à Rhodijs Argiuisq; post Piratis, Pompeio assignante, possessa: nunc Pompeiopolis, tunc sole. Iuxta in Arati monu paruo tumulo Arati poëtæ monumentum ideo refertum, quia ignotum, quam ob causam iacta in id saxa diffiliunt.

Non longè hinc Corycos oppidum portu saloq; incingitur, angusto tergore continent adnexum. Specus Co= Supra, specus est nomine Corycius singulari ingenio, ac supra, quam ut describi facile possit, eximus. Grandi namq; biatu patens, montem litori ap= positum, & decem stadiorum clivo satis arduum, ex summa statim uertice aperit. Tunc alte demissus, & quantum demittitur amplior, uiret lucis puben= tibus undiq;, & totum se nemoroſo laterum orbe comple-

complectitur, adeò mirificus ac pulcher, ut mentes accendentium primo aspectu consternat, ubi contemplati durauere, non satiet. Vnus in eum descensus est angustus, asper, quingentorum & mille passuum, per amoenas umbras & opaca sylue quiddam agreste resonantis, riuis hinc atq; illinc fluit antibus. Vbi ad ima peruentum est, rursus specus alter aperitur ob alia dicendus. Terret ingredientes sonitus cymbalorum diuinitus, et magno fragore crepitantium. Deinde aliquamdiu perspicuus, mox & quo magis subitur, obscurior: dicit ausos penitus, alteq; quasi cuniculo admittit. Ibi ingens annis ingenii fronte se extollens tantummodo se ostendit, & ubi magnum impetum breui alueo traxit, iterum demersus absconditur. Intra spatiū est magis, quam ut progreedi quisquam ausit horribile, & ideo incognitum. Totus autem angustus, & uerè sacer, habet ariq; à Diis & dignus creditus. Nihil non uenerabile, & quasi cum aliquo numine se ostentans.

Alius ultra est, quem Typhoneum uocant, ore Recessus Tyangusto, & multum (ut experti tradidere) pressus, phoneus. Ob id assidua nocte suffusus, neq; unquam perspici facilis: sed quia aliquando cubile Typhonis fuit, & quia nunc demissa in se constim exanimat, natura fabulaq; memorandus. Duo deinde promontoria sunt, Sarpendon, & finis aliquando regni

Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphylia distinguit, Anemurium, interq; ea Celendris & Nati-
dos Samiorum coloniae, sed Celendris Sarpedoni
propior.

7

PAMPHYLIA.

N Pamphylia est Melas nauigabilis
fluuius, oppidum Sida, & alter flu-
uius Eurimedon. Magna apud eum
Cymonis Atheniensium ducis aduer-
sus Phoenicas & Persas naualis pugna atq; victo-
ria fuit. Mare, quo pugnatum est, ex edito admo-
dum colle prospectat Aspendos, quam Argui con-
siderant, possedere finitimi. Deinde alij duo uali-
disimi fluuij Oestros & Catarctes. Oestros nau-
gari facilis, hic quia se præcipitat, ita dictus. inter
eos Perga est oppidum, & Diana (quam ab oppi-
do Pergeam uocant) templum. Trans eosdem mons.
* Masicy. * Sardemisos, & Phaselis à Mopso condita finis
thus Ptol. Pamphyliæ.

LYCIA.



Ycia continuo, cognominata à Lyco
rege Pandionis filio, atq; (ut ferunt)
infestata olim Chimæræ ignibus. Sy-
da portus, & Tauri promontoria
grandem

CLI.

Para

CL.

Par

Pa

C

C

VI.

14.

15.

V.


12.

40.

38.

III.

36.



A. Melas flu. B. Eurimedon flu. C. Sardemissus mons. D. Lymira flu. E. Telmessos. F. Calbis flu. G. Halicarnassus.
 H. Larumna. I. Ceramicus sinus. K. Priene ciui. L. Caystrus flu. M. Clazomena. N. Phocis. O. Myrma. P. Caacs flu.
 Q. Garganum. R. Simois flu. S. Ida mons. T. Mariandimum. V. Parion. X. Olimpus mons. Y. Dasylos. Z. Olbita.
 B. Gomphis. C. Tion. D. Armene. E. Amisue. F. Cerasus.

grandem sinum claudit. Taurus ipse ab Eois litoribus exurgens uastè satis attollitur. Deinde dextro latere ad septentrionem, sinistro ad meridiem uersus it in occidentem rectus, & perpetuo iugo, magnarumq; gentium, qua dorsum agit terminus. Vbi terras dirimit, exit pelagus. Idem autem & totus, ut dictus est, dicitur etiam, qua spectat orientem, deinde Hæmodes, & Caucasus, & Paropamias. Tum Caspiæ pilæ, Nyphates, & Armeniæ pilæ, & ubi iam nostra maria contingit Taurus iterum. Post eius promontorium flumen est Lymira, & eodem nomine ciuitas, atq; ut multa oppida, sic præter Pataram non illustria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis quondam opib. & oraculi si de Delphico simile. Ultra Xanthus flumen, et Xanthus oppidum, mons Cragus, & quæ Lyciam finit, urbs Telmisos.

CARIA.



Aria sequitur. Habetur incertæ originis: alij indigenas, sunt qui Pelagos, quidam Cretas existimant, genus usq; eò quondam armorum, pugnæq; amans, ut aliena etiam bella mercede ageret. Hic castella aliquot sunt; deinde promontoria duo Pedalion

Pedalion & Crya, & secūdum Calbin aīnem Cau-
nus oppidum ualitudine habitantium infame. Inde
ad Halicarnasson hæc adiacent, Rhodiorum ali-
quot coloniæ, portus duo, Gelos, & cui ex urbe,
quām amplectitur, Thissamissa cognomen est. In-
ter eos oppidum Larunna & Pandion collis in ma-
re emissus.

Tunc tres ex ordine sinus, Thymniæ, Schenus,
Bubessus. Thymniæ promontorium Aphrodisium
est, Schenus ambit Hylam, Bubessus Cynotum. Gni-
dus in cornu peninsulae. Interq; eam & Cerami-
cum sinum in recessu posita Euthanæ Halicarnas-
sos Argiolorum colonia est, & cur memoranda sit
Mausoleū. præter conditio[n]es, Mausoleum efficit regis Mauso-
li monumen[t]um, unum de miraculis septem, Arte-
misiae opus. Trans Halicarnasson illa sunt, litus
Leuca, urbes Mindus, Aryanda, Neapolis, sinus Ias-
sius, & Basilicus. In Iasio est Bargylos.

IONIA.



Ost Basilicum Ionia aliquot se amba-
gibus sinuat, & primum à Possidio
promontorio inflexum inchoans, cin-
git oraculum Apollinis, dictum olim
Miletus. Branchidæ, nunc Didymi. Miletum urbem quon-
dam

dam Ioniæ totius, belli pacisq; artibus principem,
 Patriam Thaletis astrologi, & Timothei musici,
 & Anaximandri Physici, aliorumq; ciuium incli-
 tis ingenij merito inclytam, utcunq; Ioniam uocant
 urbem Hippin amnis Mæandri exitum, Latnum
 montem Endymionis, à Luna(ut ferunt) adamati fa-
 bula nobilem. Deinde rursus inflexa, cingit urbem
 Prienen, & Gessi fluminis ostium, moxq; ut maiore
 circuitu ita plura complectitur. Ibi est Panionium
 sacra regio: & ob id eo nomine appellata, quod e-
 am communiter iones colunt. ibi à fugitiuis, ut ai-
 unt, condita(nomen famæ annuit) Phygela. Ibi E-
 phesus, & Diana clariſſimum templum, quod Ama Ephesus.
 zones Asia potitæ consecrassæ traduntur. Ibi Cay-
 stros amnis, ibi Lebedos, Clarijq; Apollinis fanum,
 quod Manto Tiresiæ filia fugiens uictores Theba-
 norum Epigonos, & Colophon, quam Mopsus e-
 iusdem Mantus filius statuit ad promontoriū, quo
 sinus clauditur, quod altera parte aliud, quē Smyr-
 næum uocant, efficit angustisq; ceruicibus reliqua
 extendit, inde latius abiit in peninsulæ faciem, su-
 per angustias, hinc Teos, illuc Clazomena: et quia
 terga iungunt cōfinio adnexa maris, diuersis fronte-
 bus diuersa maria prospectat. In ipsa peninsula est
 Coryna. In sinu Smyrnæo est Termodon amnis, &
 urbs Leuca: extra eum Phocis Ioniæ ultima.

AE Q

AEOLIS.



Roxima regio, ex quo ab Aeolijs in
coli cœpit, Aolis facta, ante Myisia.
Et qua Helleponsum attingit, Tro-
ianis possidentibus, Troas fuit. Pri-
mam urbem à Myrino conditore Myrimam uocat:
sequentem Pelops statuit, uicto Oenomao, reuersus
ex Græcia: Cymen nominauit, pulsis habitarant,
dux Amazonum Cyme. Supra Caicus inter Eleam
decurrit & Pitanem illam, quæ Archesilan tulit. ni-
hil affirmantis Academiæ clarissimum antistitem.
Tum in promontorio est Camna oppidum, quod
præteruectos sinus excipit non paruus, sed longè ac
molliter flexus, retrahensq; paulatim oras usq; ad
ima montis Idæ. Isthmos paruis urbibus aspersus
est, quarum clarissima est Cistena. Gremio interio-
re campus Thebæ nomine, Adramittium, Astyram,
Eressam oppida, eodem quo dicta sunt, ordine ad-
iacentia continet. In altero latere Antandrum, du-
plex causa nominis iactatur: alij Ascanium Aeneæ
filium, cum ibi regnaret, captum à Pelasgis, ea se
redemisse commemorant: alij ab ijs putant condi-
tam, quos ex Andro insula uis & seditio exegerat.
Hi Antandrum quasi pro Andro, illi quasi pro ui-
to ac,

qui accipi uolunt. Sequens tractus tangit * Gar * Iorianum
 gara et Asson, Aetolorum colonias. Tum sinus al- Ptol.
 ter & Χελιδόνη, non longè ab illo litora incur-
 uat urbe bello excidioq; clarissima; hic Sigeum fuit
 oppidum: hic Achiuorum fuit bellantiū statio. Huc
 ab Id. eo monte demissus Scamander exit & Simo-
 is fuma, quam natura maiora flumina. Ipse mons Ida mons;
 ueteri diuarum certamine, & iudicio Paridis me-
 moratus, orientem solem aliter, quam in alijs terris
 solet affici, ostentat. Namq; ex summo uertice eius
 speculantibus penè à media nocte sparsi ignes pas-
 sim micare, & ut lux appropinquat, ita coire, ac se
 coniungere uidentur, donec magis magisq; colle-
 eti, pauciores subinde, & una ad postremum flam-
 mi ardeant. Ea cum diu clara, & incendio similis
 effulgit, cogit se ac rotundat, & fit ingens globus.
 Diu is quoq; grandis, & terris adnexus appareat,
 deinde paulatim decrescens; & quanto decrescit,
 eo clarior fugat nouissimè noctem, & cum die ians
 Sol factus attollitur.

Extra sinum sunt Rhetæa litora, Rhetæo et Dar-
 dania claris urbibus, Aiacis tamen sepulchro maxi-
 me illustria. Ab his fit arctius mare, nec iam abluit
 terras, sed rursus diuidens, angusto Hellesponti fre-
 to litus obuium findit, facitq; ut iterum terræ, que
 fluit, latera sint.

BITHYNIA.



Nterius Bithyni sunt & Marian-
dynei. In ora Graiae urbes Abydos
& Lampsacum. Parion, et Priapos.
Abydos magni quondam amoris com-
mertio insignis est. Lampsacum Phoceis appellan-
tibus, nomen ex eo traxit, quod consulentibus in
quasnam terras potissimum tenderet, responsum er-
rat, ubi primum fulisset, ibi sedem capesserent. Tu-
rursus fit apertus mare Propontis. In id Granicus
effunditur, pugna, quae primum inter Persas & A=
lexandrū fuit, nobilis. Trans amnen sedet in cerui-
ce peninsulæ Cyzicum, nomē Cyzicus inuidit, quē
à Minyis imprudentibus, cum Colchos peterent, fit
sum acie cæsumq; accepimus. Post Placia, & Scyla-
ce, paruæ Pelasgorum coloniæ. Quibus à tergo im-
minet mons Olympus, ut in olæ uocant, Mysius:is
flumen Rhindacum in ea, quæ sequuntur, emitit.
Circà angues nascuntur immanes, neque ob ma-
gnitudinem modò, sed ob id etiam mirabiles, quod
ubi in alueum eius æstus solem, fugerunt, emer-
gunt, atque hiant, superuolantesq; aues, quamuis
altè & perniciter ferantur, ab orbent. Trans
Rhindacum est Dascylos, & quam colophonij co-
locauit

locuere, * Myrlea. Duo sunt inde modici si. * Apamia
nus: alter sine nomine * Cion amplectitur Phrygiae Ptol.
baud longè iacentis opportunitatum emporium, * Brussas
alter Olbianos in promontorio fert Neptuni fanum. Ptol.
In gremio Astacon à Megarenibus conditam. De=
inde priores terrae iterum iacent, exituriq; in Pon=
tum pelagi canalis angustior. Europam ab Asia sta=
dis quinque distinguit Thracius (ut dictum est)
Bosphorus. Ipsius in faucibus oppidum, in ore tem=
plum est: oppidi nomen Chalcedon, author Argias
Megarensium princeps, templi numen Iuppiter, con=
ditore Iasone.

Hic iam sese ingens Pontus aperit (nisi qua pro Pontus Eux=
montoria sunt) huc atq; illuc longo rectoq; limite xinus;
extensus, sinuatus cætera. Sed quia contra minus,
quâm ad leuam & dextram abscessit, mollibus fasti=
gis, donec angustos utring; angulos faciat, inflecti=
tur, ad formam Scythici arcus maximè incuruus;
breuis, atrox, nebulosus, raris stationibus non mol=
li, neque arenoso circundatus litore, uicinus aqua=
lonibus: & quia non profundus est, fluctuosus atq;
seruens. Olim excolentium seu admodum ingenio
Arenus, post commercio aliarum gentium, mollitis
aliquantum moribus, dictus Euxinus. In eo pri=
num Mariandyni urbem habitant, ab Argiuo (ut
serunt) Hercule datam, Heraclea uocatur, id famæ

C fidens

fidem adiecit. Iuxta specus est Acherusia ad manes
(ut aiunt) perulus; atq; inde extractum Cerberum
existimant.

PAPHLAGONIA.



Vm Tios oppidum Melisiorum qui-
dem colonia, sed iam Soli, gentisq; Pa-
phagonum, quorum in litoribus pe-
ne medijs promontorium est Caram-
bis. Citra Parthenius amnis, urbes Sesamus &
Cromna, & à Citoro Phryxi filio posita Citoros.
Tum Cimolis accolitur: & que Paphlagoniam fi-

* Armene. nit, * Armine.

Ptol.

CHALYBES.



* Alis. Ptol.

Halybes proximi clarissimas habent
Amison et Sinopem Cynici Dioge-
nis patriam, amnes* Halyn et Ther-
modoonta. Secundum Halyn urbs
est Lycasto, à Thermodoonte campus: in eo fuit
Themiscyrum oppidum, fuere et Amazonum ca-
* mel. Tibia stra, ideo Amazonum uocant. * Tabereni Chae-
reni. lybas attingunt, quibus in risu lusuq; summum bo-
num est. Ultra Carambis Mossynosci turres ligne-
as sub;

as subeunt; notis corpus omne persignant, propatulo uescuntur, promiscue concubunt, & palam reges suffragio deligunt, uinculisq; & arctissima custodia tenent: atque ubi culpam praeimperando meruere, in media diei totius afficiunt. Ceterum asperi, inculti, pernoxijs appulsis. Deinde minus feri, uestrum est hi in conditis moribus Macrocephali, Discheri, Buxeri, rarae urbes: Cerus & Trapezus maxime illustres.

Inde is locus est, ubi finem ductus a Bosphoro tractus accipit, atque inde se in sinu aduersi litoris flexu attollentes, angustissimum Ponti facit angulum. Hic sunt Colchi, hinc Phasis erumpit: hic eodem nomine, quo amnis est, & thenistagora Milesio deductum oppidum. Hic Phryxi templum & lucus fabula ueteri pellis aureae nobilis. Hinc orti motes longo se iugo, & donec Riphæis coniungantur, exporrigunt: qui altera parte in Euxinum, Maeotida & Tanaim, altera in Caspium pelagus obuersis Ceraunij dicuntur. Idem aliubi, Taurici, Moschii, Amazonici, Caspij, Coraxini, Caucasi, ut alijs aëris sue appositis gentibus, ita alijs alijsq; dicti nominibus. At in primo flexu iam curui litoris oppidum est, quod Græci mercatores constituisse, & quia, citoceco tempestate agerentur, ignaris, quæ terra esset, Cygni uox nota dederat, Cygnū appellasse dicuntur.

Reliqua eius feræ incultæq; gentes uasto mari
ab residentes tenent, Melanchleni: terrestria Sexsolite,
Coraxi, Phthirophagi. Eniochi, Achæi, Cerceti-
ci. Etiam in confinio Maeotidis Syndones. In Enio-
chorum finibus Dioscurias à Castore & Polluce pō-
tum cum Iasone ingressis, Syndos in Syndonum ab
ipsis terrarum cultoribus condita est.

Obliqua tunc regio, & in latum modicè patēs,
inter Pontum paludemq; ad Bosporum excurrit:
quæ duobus alueis in lacum & in mare profluens,
Corocondaman penè insulam reddit. Quatuor ur-
bes ibi sunt, Hermonassa, epoc, Banagoria, & in
ipso ore Cimmerium. Hac ingressos lacus accipit
longè lateq; diffusus: quæ terras tangit, incurvo cir-
cumdatuſ litora qua mari propior est, (nisi ubi a-
peritur) quasi margine obductus citra magnitudi-
nem propè Ponto similis.

Oram, quæ à Bosphoro ad Tanaim usq; descit
tur, Maeotici incolunt, Toreatae, Arrichi, Phicores,
& ostio fluminis proximi axamathæ: apud eos e-
asdem artes fœminæ, quas uiri exercent, adeò ut ne
militia quidem uacent. uiri pedibus inhærent, sa-
gittisq; depugant, illæ e questre prælium incūt: Nec
ferro dimicant, sed quos laqueis intercepere, tra-
hendo conficiunt. Nubunt tamen, uerùm ut nubiles
habeantur, non in ætate modus est: nisi quæ hostens
intere-

interemere, uirgines manent. Ipse Tanais ex Rhis Tanais flu.
 Phœo monte deiectus adeò præceps ruit, at cum ui-
 cina flumina, tūm Maeotis & Bosphorus, tūm Pon-
 ti aliqua brumali rigore durentur: solus æstus hye-
 memq; iuxta ferens, idem semper & sublimis incia-
 tatusq; decurrat: ripas eius Sauromatae & ripis ha-
 rentia possident: una gens, aliquot pdpuli & ali-
 quot nomina. Primi Maeotici Tauraeonq; & Euros
 regna Amazonum. Fœcundos pabulo, at alia steri-
 les nudosq; campos tenent Budini. Geloni urbem
 ligneam habitant. Iuxta Thyrssagete Turcae q; ua-
 stas sylvas occupant, alunturq; uenando. Tum con-
 tinuis rupib. latè aspera & deserta regio ad Arym-
 pheos usq; permititur. His iustissimi mores, pro-
 domibus nemora, alimenta baccæ, & maribus &
 foeminiis nuda sunt capita. Sacri itaq; habentur, a
 deoq; ipsos nemo de tam feris gentibus uiolat, aut
 alijs quoque ad eos confugisse pro asylo sit. Ultra
 surgit mons Rhiphæus, ultraq; eum i.u-
 cet ora, quæ spectat o-
 ceanum.

POMPONII MELAE DE SITU ORBIS,
Liber II.


SCYTHIA EUROPaea.



Siæ in nostrum mare Tananq; uergëtis, quem dixi, fitus ac situs est. At per eundem amnum in Maeotida reneantibus ad extram Europa est, modò sinistro latere innauigantium apposita,

ac Riphæis monib; (nam & buc illi pertinet) proxima. Cadentes aſſidue niues adeo inuidi efficiunt, ut ultra ne uisum quidē intendentium admittant. Deinde est regio ditis admodum soli, inhabitalis tamen; quia Gryphi ſæcum & pertinax ferarum genus aurum terra penitus egestum mirè amant, mireq; custodiunt, & ſunt infeſti attingentibus. Hominum primi ſunt Scythæ, Scythaumq;, queis singuli oculi eſſe dicuntur Arimaspæ. A beis

*Bycis. Pto. Eſſedones uſq; ad Maeotida. Huius flexum * Buges
*Hamaxo- amnis ſecat, Agathyrſi & Sauromatæ ambiunt
bij. Ptol. quia pro ſedibus plauftra habent, dicti * Hamaxo-
bitæ.



A. Satarche. B. Myrnetium. C. Panticopeum. D. Taurini. E. Κρις μετωπογ. F. Parthenion promont.
G. Carcinites sinus. H. Callipide. I. Axiacos pe. K. Ister flu.

bito. Obliqua nunc ad Bosporum plaga excursens, Ponto ac Maeotide includitur. In paludem uer gentia Satarchæ tenent. In Bosporum Cimmerium oppida Myrmecion, Panticapeum, Theodosia, Hermisium, in Euxinum mare Taurici; super eos sinus portuosus, & ideo uælos λιμὴν appellatus, promontorijs duobus includitur. Alterum λεπίδη μέτωπον vocant, Carambico, quod in Asia diximus, pariet aduersum: Parthenion alterum, oppidum adiacet Cherronesus & Diana (si credatur) conditum, & Nymphaeo specu, quod in arce eius Nymphis sacratum est, maxime illustre.

Subiit tum ripam mare, & donec quinq; millia passuum absit à Maeotide refugientia usque subsequens litora, quæ Satarchæ & Taurici tenet, peninsulam reddit; quod inter paludem & sinum est, Taphræ nominantur. Sinus Carcinites. In eo urbs est

* Carcine, quam duo flumina Gerros & Hypacyris uno ostio effluentia attingunt, uerum diuersis fontibus, ex aliunde delapsi. Nam Gerros inter Basiliadas & Nomadas evoluitur. Sylue deinde sunt, quas maximas hæ terræ ferunt, & Panticapes, qui Nomadas Georgosq; discernunt. Terra tum longè distenta excedens tenui radice litori adnectitur, post spaciose modicè paulatim se ipsa fastigiat, & quasi in mucronem longa colligës latera, facie positi en-

C 4 sis alle-

sis allecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicro certamine celebrasse uictoriam: & cum ab armis quies erat, se ac sues cursu exercitauisse memoratur: ideo dicta est Φόρμη οὐαχίλλης.

Borysthēnes. Tum Borysthenes gentem sui nominis abluit inter Scythiae amnes amoenissimus, turbidis alijs, liquidissimus defluit, placidior quam ceteri, poterius pulcherrimus: alii letissima pabula, magnosque pisces, quibus & optimus sapor, & nulla ossa sunt: longe uenit, ignotisque ortus e fontibus, quadraginta dierum iter alueo stringit, tantoque spatio nauigabilis secundum Borysthena & * Olbida Graeca oppida egreditur.

Hypanis fl. Callipidas Hippensis includit, ex grandi palude oritur, quam matrem eius accolae appellant, & diu qualis natus est defluit: tandem non longe e mari ex paruo fonte, cui ex ampleo cognomen est, adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque iam sui dissimilis & non dulcis hinc defluat. Axiaces proximus intra Callipidas Axiacasque descendit. Hos ab Istris Tyra separat: surgit in Neuris, qua exit, sui nominis oppidum attingit.

Ister. mit apertis in Germania fontibus, alio, quam desinit, nomine exoritur. Nam per immani magna-

runt


rum gentium diu Danubius est, deinde aliter appellantibus accolis Ister fit: acceptisq; aliquot annibus, ingens iam, & eorum, qui in nostrum mare decidunt, tamen Nilo minor, totidem, quot ille ostijs, sed tribus tenuibus rnulli quis nauigabilibus, effluit.

Ingenia cultusq; gentium differunt. Essedones Scytharum funera parentum laeti, & uictimis, ac festo coitu familiarium celebrant. Corpora ipsa laniata, & cæsis pecorum uisceribus commixta epulando consumunt. Capita ubi fabrè ex poliuere, auro cincta pro poculis gerunt. Hæc sunt apud ipsos pietatis ultima officia. Agathyrsi ora artusq; pingūt, ut quicquid maioribus præstant, ita magis uel minus, ceterum iisdem omnis notis, & sic ut ablui nequeant. Sarmatae auri & argenti maximarū pestium ignari uice rerum commercia exercent, atque ob saeva hyemis admodum assidue demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant. Totum braccati corpus, & nisi qua uident, etiam ora uestiti. Tauri Iphigenia & Orestis aduentu maxime memorati, immanes sunt moribus, immanemq; famam habent, solere uictimis aduenias cædere. Basiliidis ab Hercule & Echidna generis principia sunt, mores regij, arma tantum sagittæ. Vagi Nomades pecorum pabula sequuntur: atq; ut illa pecorum durant, ita diu statim sedem agunt. Colunt Georgi, exercentque

C 3 agros.

ugros. Axiacæ furari quid sit ignorant: ideoq; nec
nec sua custodiunt, nec aliena contingunt. Interius
habitantium ritus asperior, & incultior regio est.
Bella cædesq; amant, mosq; est bellantibus cruentem
eius, quem primum interemerunt, ipsis e uulneri-
bus eibere. Ut quisq; plures intermerit, ita apud
eos habetur eximius. Ceterum expertem esse cae-
dis, inter opprobria uel maximum est. Ne fœdera
quidem incruenta sunt, sauciant se, quia paciscun-
tur, exceptumq; sanguinem, ubi permiscuere, de-
gustant: id putant mansuræ fidei pignus certissi-
mum. Inter epulas, quot quisque interficerit, refer-
re letissima & frequentissima mentio, binisq; po-
culis, qui plurimos retulere, per potatis interlocan-
tur. Is honor præcipuus est. Pocula ut Essedones
parentum, ita inimicissimorum capitibus expoli-
unt. Apud Antropophagos ipsæ etiam epulæ uis-
scribus humanis apparantur. Geloni hostium cu-
ebus equos, seq; uelant: illos reliqui corporis, se
capitum. Melanchlænis atra uestis, et ex ea nomen.
Neuris statum singulis tempus est, quo si uelit in lu-
pos, iterumq; in eos, qui fuere, mutantur. Mars omni-
um Deus, ei pro simulacris enses & tentoria de-
dicant, hominesq; pro uictimis feriunt. Terra latè
patent, & ob excedentia ripas suas plerumq; flumi-
na, nusquam non ad pabula fertiles. Alicubi usque

ad cō



A. Nestos fl. B. Istropolis. C. Galatis. D. Tiristris promont. E. Crunes portus. F. Thimnia promont. G. Cypſellus
H. Mægoy τεχο. I. Chersonesus. K. Sestus. L. Cardias. M. Aenos ciuit. N. Abdera.

adeo steriles ad cetera, ut qui habitant, lignorum
egentes, ignes ossibus alant.

THRACIA.

9



Is Thracia proxima est, eaq; à Ponti lateris fronte usq; in Illyricos per ingenium nitus immissa, qua latera agit istro, Thracia, pelagoq; contingitur. Regio nec cœlo lœta, nec solo: & nisi qua mari propior est, in secunda, frigida: eorumq; que seruntur, maligne admodum patiens. Raro usquam pomiferam arborum, uitem frequentius tolerat, sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi ubi frigora obiectu frondium cultores arcuere. Viros benignius alit, non ad speciem tamen (nam & illis asper atq; inde cens corporum habitus est) cæterum ad ferociam & numerū, ut multi immitesq; sint, maximè ferax.

Paucos amnes, qui in pelagus euadunt, uerum ce Flumina & leberrimos Hebrum, * Neston & Strimona emit- montes. tit. Montes interior attollit Hæmon & Rhodopen, * Nessus. Pt. & Orbelon, sacris Liberi patris, & coetu Moena- dum Orphœo primum initante celebratos: e quibus Hæmus in tantum altitudinis abit, ut Euximum & Adriam ex summo uertice ostendat.

Via gens Thraces habitant, alijs alijsq; præditæ nominibus

tētis mores. nominibus & moribus. Quidam seri sunt, & ad
 mortem paratiissimi. Getæ utiq; id uaria opinio p̄st.
 cit. Alij reddituras putant animas obeuntium. Aly.
 et si non redeant, non extingui tamen, sed ad beatiora
 transire. Alij emori quidem, sed id melius esse
 quam uiuere. Itaque lugentur apud quosdam pu.
 erperia, natiq; deflentur: funera contrā festa sunt.
 & ueluti sacra cantu lusuq; celebrantur. Ne fœni
 sis quidem segnis est animus super mortuorum uie
 rorum corpora interfici, simulq; sepeliri, uotum
 eximum habent: & quia plures simul singulis nu
 ptæ sunt, cuius id sit decus apud iudituros ma
 gno certamine affectant, moribus datur, estq; maxi
 me lætum, cum in hoc contendit, uincere. Moerēt
 aliæ uocibus, & cum acerbissimis planctibus effe
 runt. At quibus consolari eas animus est, arma o
 pesq; ad rogos deferunt, paratiq; (ut dicitant) cum
 fato iacentis, si detur in manus, uel pacisci, uel dece
 nere, ubi nec pugnæ, nec pecuniæ locus sit, manetq;
 dominas proci. Nupturæ uirgines non à parentib.
 uiris traduntur, sed publicè aut locantur ducendæ,
 aut ueneunt. Vtrum fiat ex specie & moribus cau
 sa est. Probæ formosæq; in precio sunt: ceteras qui
 habeant, mercede queruntur. Vimi usus quibusdam
 ignotus est: epulantibus tamen ubi semper ignes,
 quos circumcident, quædam semina ingestæ sunt, si
 milis

nilis ebrietati hilaritas exnidore contingit.

In litoribus istro proxima est Istrropolis, deinde urbes Thraciae Milesijs deductae Galatis & Tritonice, & porciæ. Ius Caria, & Tirisstris promontorium, quod præterea * Callatis. Teruellos alter Ponti angulus accipit aduersus Phœnix Ptol. siaco, & nisi amplior foret, similis fuit. Hic Bixone motu terra intercidit. Est portus Crunos, urbes Dionysiopolis, Odessos, Messembria, Anchialos, & intimo in situatq; ubi Pontus alterum sui flexū angulo finit, magna Apollonia. Recta debinc ora nisi quod media fermè in promontorium, quod Thimnam uocant, exit, & incuruis contra se litoribus ostendit: urbē sustinet Halmydesson & Philcas & Phinopolim. Hactenus Pontus.

Dein est Bosphorus & Propontis. In Bosphoro * Byzantium. In Propontide Selymbria, Perinthus, * Constantia Bathynis, amnesq; , qui interfluent, * Erginus & polis nunc Ayras. Tum Rheso regnata quondam pars Thracie * Bithynus eis, & Bisanthe samiorum, & ingens aliquando illic ponit Cypsellæ. Post locus, quem μεγάρη τεχνη appellat Ptol. lant, & in radice magnæ peninsulae sedes Lysimachia. Terra, que sequitur, nusquam lata, atq; hinc arctissima inter Hellespontum Aegeumq; procurrit: angustias isthmon, frontem eius Mastusiam totam Chersonesum appellant. Ob multa memorabilis est. In ea flumen Aegos naufragio classis Atticae insignis.

insigne. Est & Abydo obiacans Sestos, Leandri amore pernobilis. Est & regio, in quam Persarum exercitus diuisas spacio, pelagosq; terras ausus pontibus iungere (mirum atq; ingens facinus) ex Asia in Græciam pedes, & non nauigata maria transgressus est. Sunt Prōtesilai ossa consecrata delubro. Est & portus Cœlos, Atheniensibus, & Lacedæmonijs nauali acie decernētibus, Laconicæ classis signatus excidio. Est nūiōs yūctumulus Heclæ, siue ex figura canis, in quā cōuersa traditur, siue ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto, est Macidos, est Eleus, que finit Hellea spontum.

Aegeum statim pelagus uastè longum littus impellit, summotasq; terras hinc ad promontorium, quod Sunium uocatur, magno ambitu molliq; circumagit. Eius tractum legentibus praeuectisq; Mastusiam, tum sinus intrandus est, qui alterum Chersonesi latus abluens, iugo facie uallis includitur, & ex fluvio, quem accipit, * Melas dictus: duas urbes amplectitur Alopeconesum, & in altero Isthmi liatore sitam Cardiam. Eximia est Aenos ab Aeños profugo condita. Circa Hebrum Cicones, transuenadem Doriscos, ubi Xerxem copias suas, qui numero non poterat, spacio mensum ferunt. Deinde promontorium Serium, ex quo canentem Orpheæ sea quinta

*Melanus.
Ptol.

Quæta narrantur nemora, Zone. Tum Sceno fluuius, & ripis eius adiacens Maronia Regio ulterior Diomedem tulit immanibus equis mandendos solium obiectare aduenas, & ijsdem ab Hercule obiectum. Turris, quam Diomedis uocant, signum fabulae remanet: & urbs, quam soror eius suo nomine nominauit Abdera: sed ea magis id memorandum habet, quod Democratum Physicum tulit, quam quod ita condita est. Ultra Nestos fluit, interq; eum & Strymona urbes sunt, Philippi, Apollonia, Amphiopolis. Inter Strymona & Athon turris Calara nœa, & portus Caprullon, urbs Achantes & Oesyma. Inter Athon & Pallenem Cleone, & Olyntos:

Strymon (sicut diximus) amnis est longeque ortus. & tenuis, alienis subinde aquis fit amplior, & ubi non longe à mari lacum fecit, maiore, quam uenerat, alueo erumpit. Athos mons est adeò elatus, ut Athos credatur altius, quam quando imbræ cadunt, surgeat. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in uertice sustinet, non abluitur ciniis, sed, quo relinquitur, agere manet. Cæterum non promontorio, ut alijs, uerum totus est, totoque longe dorso procedit in pelagus, qua continentí adhæret, à Xerxe in Graios tendente perfoissus, trans nauigatusque & factus fretο nauigabili peruius. Ima eius tenet parue Pelasgo-

rum coem

rum coloniæ. In summo fuit oppidum Acroathion, in quo(ut ferunt) dimidio longior, quam in alijs ter
ris ætas habitantium erat. Pallene soli iam patentis, ut quinq; urbium sedes sit atq; ager: tota in altum
Casandri. abit, angusta satis unde incipit. ibi est * Potidea. At
Ptol. ubi laxius patet, Mende Scioneq; referendæ: illa ab
Hæretrijs, hæc ab Achiuis, capto Ilio, remeantibus
posita.

MACEDONIAS



Vm Macedonum populi, quot ur-
bes habitant? quarum Pellam maxi-
mè illustram alumni efficiunt, Philip-
pus Græciæ domitor, Alexander e-

***Thermalia.** -tiam Asia. In litore flexus * Mecybernaeus inter-
cus. **Ptol.** promontoria diuidit Canastreum & portum, qui
Copos dicitur. urbes Toronem & Physcellam, at-
que unde nomen est ipsi, Mecybernam incingit. Ca-
nastreo promontorio Scione proxima est. Mecy-
bernaeus autem in medio, qua terra dat gremium,
modicè in litora ingreditur. Cæterum longis in al-
tum immisßis lateribus ingens inter maria sinus est.
In eum Axius per Macedonas, etiam per Thessalos
Peneus excurrit. Ante Axium Thessalonice est. In-
act utrumq; Cassadria, Cydna, Azoros, Derris:
Peneos



MOGSDAM

*Ca

*Th
cus.

Peneo, Sepias, Cordynia, Melibœa, Castanea, pares
ad famam, nisi quod Philoctetes alumnus Melibœ-
am illuminat.

Terræ interiores claris locorum nominibus in-
signes penè nibil ignobiliter ferunt. Hinc non longe
est Olym̄ ius, hic Pelion, hic Ossa, montes gigātum
fabula belloq; memorati, hic musarum parens do-
musq; Pieria, hic nouissimè calcatum Graio Hercu-
li solū, saltus Oetaius, hic sacro nemore nobilia Tem-
pe, hic Libethra carminumq; fontes obiacent.

Tum iam uastè & multum prominens Græcia,
& dum Myrtoum pelagus attingat, à septentrione
in meridiem uecta: quà Sol oritur Aegeis, quà occi-
dit, Ionijs fluctibus obiacet: ac proxime spaciose
& Hellas nomine grandi fronte procedit, mox ma-
ri utroq; & onio magis latera eius intrante, do-
nec quinq; millia passuum patet, media fermè pro-
pè inciditur.

Deinde rursus terris huc se & illuc, uerum in Io- Peloponnesus
nium mare magis expandentibus progressisq; in al-
tum, non tam lata, quam cœperat, in gens tamen ite-
rum, & quasi peninsula extenditur, uocanturq; Pe-
loponnesus ob sinus & promontoria, quis ut fibris
litora eius incisa sunt: simul quod tenui tramite in
latus effunditur, platani folio simillima.

In Macedonia prima est Thessalia, deinde Ma-
gnesia.

gneſia, Phthiotis. in Gracia Doris, Locris, Phocis,
Bœotis, Attis, Megaris, sed omnium Attis clarissi-
ma. in Peloponneso Argolis, Laconice, Messenia,
Achaia, Elis, Arcadia. Ultra Aetholia, Acarnania,
Epiros, usq; in Adriam.

Loca medi- terranea. De locis atq; urbibus, quæ mare non abluunt, hec
maxime memoranda sunt: in Thessalia, Larissa, ali-
quando olcos: in Magnesia, Antronia: in Phthio-
tide Philbia: in Doride Pindus, & iuxta situm Eri-
neon: in Locride Cynos & Calliaros: in Phocide
Delphi, & mons Parnassus, & Apollinis fanum at-
que oraculum: in Bœotia Thebae & Cytheron fa-
bulis carminibusq; celeberrimus. in Attide Eleusin
Cereri consecrata, & clariores, quam ut indecari
egeant, Athenæ. In Megaride, unde regioni nomen
est, Megara. At in Argolide, Argos & Mycenæ, &
templum lunonis uetus state, & religione percele-
bre. In Laconide, Terapne, Lacedæmon, Amycle,
mons Taygetus. In Messenia, Messene & Metho-
ne. In Achaia atq; Eliide quoddam pise Oenomai E-
lis & numen delubrumq; Olympij Iouis certami-
ne Gymnico, & singulari sanctitate, ipso quidem ta-
men simulacro, quod Phidie opus est, maximè no-
bile. Arcadiam Peloponnesiacæ gentes undiq; in-
cingunt. In ea sunt urbes Psophis, Tenea & Orcho-
menon: montes Pholoc, Cyllonius, Parthenius, Læ-
galius,

Nalus, flumina Erymanthus & Ladon. In Aetolia Naupactos, in Acarnania Stratos oppida: in Epis-
tro Dodonei Iouis templum, & fons ideo sacer,
quod cum sit frigidus, & immersas faces, sicut cæ-
teri, extinguat, ubi sine igne procul admouentur,
accendit.

At cum litora leguntur à promontoria Sepiade
per Demetriam & Boion, Phtheleon & Echimon
ad* Pagaseum sinum cursus est. Ille urbem Paga- * Maliacus
sam amplexus, amnem Sperchion accipit: & quia ut uidetur,
Minyæ Colchida petentes, inde Argonaem solue- Ptol.
re, memoratur. Ab eo ad Sunium tendentibus illa
prænauiganda, Maliacus & Opontius grandes si-
nus, & in his cæforum etiam Laconum trophæa,
Thermopyla, Opæs, Scarphia, Cnemides, Alope,
Anthedon, Larymna, Aulis Agamemnonie Graio-
rumq; clasabis in Troiam coniurantium statio. Ma-
rathon magnarum multarumq; uirtutum testis, iam
inde à Theseo Persarum maxima clade permotus.
Rhamnus parua, illustris tamen, quod in ea fanum
est Amphiaraï, & Phidiaca Nemesis. Thoricos &
Brauron olim urbes, iam tantum nomina. Sunium
promontorium est, finitq; id litus Hellados, quod
spectat ad orientem. Inde ad meridiem terra con-
uertitur usq; ad Megaram, Atticæ ut modo latere,
ita nunc fronte pelago, adiacens. Ibi est Pyrrhæse

Atheniensium portus. Scyronia saxa saeo quoniam
dam Scyronis hospitio etiam nunc infamia.

Isthmus. Megarensum tractus isthmon attingit: hoc illi
cognomen est, quia quinq; millium spatio Aegeum
mare ab Ionio submouens, angusto tramite Helladi
Peloponneson annexit. In eo oppidum Cenchreæ
fanum Neptuni. Ludi quos Isthmicos vocant, cele-
bres. Corinthos olim clara opibus, post clade noti-
or, nunc Romana colonia ex summa arce quam A-
crocorinthon appellant, maria utraq; contuens. Pe-
loponesioram (sicut diximus) sinus & promon-
toria lacerant: ab oriente Bucephalos & Cherso-

*Onigmatos nesus, * & Scylleon: ad meridiem Malea, Tæn-
Ptol. ros, Acritas, ichtys ad uesperum * Chelonates &
*Chelonita. Araxos. Habitant ab isthmo ad Scylleon Epidau-

Ptol. rij, Aesculapij templo incliti, & Trozenij, fide so-
cietatis Atticæ illustres. Portus Saronicus, &

*Schnus & * Schoenitas & Pagonus. Oppida autem Epidau-
portus. Pto. rus, & Trozen & Hermione his litoribus apposi-
ta sunt. Inter Scylleon & Malea Argolycus. Inter
hanc & Tænaron Laonicus. Hinc ad Acritam A-
sinæus, inde ad iethim Cyparissius. In Argolico
sunt noti amnes, Erasinus atq; Inachus, & notum
oppidum Lerne. In Laconico Gühius & Eurotas.
In ipso Tænaro Neptuni templum, & specus illio-
quem in ponto Acherusium diximus, facie & fabus
la simi-

la similis. In Asinæo flumen Pamissum. In Cypariso Alpheus, nomen dedere urbes in litore sitæ, hinc Cyparissus, illinc Asine Messenij Pylijq; terras colunt, & ipsa pelago Pylos adiacet, Cyllene, Calipolis. Patre oram illam tenent, in quam Chelonates, & Araxos excurrunt: sed Cyllene, quod Mercurium ibi natum arbitrantur, insignis.

Rhion deinde (maris id nomen est) anguste & velut freto lacus, ora frequenti incidens, inter Aetolos & Peloponnesiacos usq; ad Isthmon irrumpt. In eo ad septentrionem spectare litora incipiunt. In his est Aegion & Aegira, & Oluros, & Sicyon: at in aduersis Page, Creusis, Anticyra, Oeanthia, Cyrrha & notior aliquanto nomine Calydon, & Euenos. Extra Rhion in Acarnania maximè clara sunt oppidum Leucas, flumen Achelous. In Epiro nihil Ambracio sinu nobilius est, facit sinus, qui angustis Ambraciis faucibus, & quæ minus mille passibus pateat, gran sinus. de pelagus admittit, faciunt urbes, quæ assidunt, Anxium, Argi, Amphirochij, Ambracia, Acacidarum regia Pyrrhiq; Butroton ultra est, deinde Ceraunij montes, ab ijs flexus in Adriam. Hoc mare magno secessu littorum acceptum, & usque quidem in latitudinem patens, qua penetrat tamen usque, Illyricis usq; Tergestum, cetera Gallicis Italique gentibus *Dassaretæ prima eius tenet, Ptol.

D 3 sequen-


Sequentia paulatim Enchelix, Phœaces, deinde sunt quos propriè Illyricos uocant, tum Pyrei & Liburni, & Istria. Vrbium prima est Oricum, secunda Dyrrachium, Epidamnos ante erat, Romani nomen mutauere, quia uelut in damnum iuris omnem id uisum est. Vtira sunt Apollonia, Salona, Iadera, Narona, Tagurium, sinus Polaiticus, & Pola quondam à Colchis (ut ferunt) habitata, in qua umbras transeunt, nunc Rothana colonia. Amnis autem Aeas, & Nar, & Danubius, qui iam dictus est Ister, sed Aeas secundum Apolloniam, Nar inter Pyreos, & Liburnos, per istros ister emittitur. Tergestum intimo in sinu Adriæ sinum finit Illyricum.

II.

ITALIA.



Italia magis, quia ordo exigit, quam qui monstrari eget, pauca dicentur: nota sunt omnia. Ab Alpibus incipit in altum excedere, atque ut procedit, medianam se perpetuo Apennini montis igit attollens, inter Adriaticum & Tuscum, siue (ut aliter eadem appellantur) inter superum mare & inferum excurrit: dui solidi: serum ubi longè abit, in duo cornua scanditur, respicitque altero siculum pelagus, altero Ionium, tota angusta, & altius



cubi multò quām unde cœpit angustior.

interiora eius aliae aliæq; gentes habitant. Sinistra parte Carni & Veneti colunt Togatam Galliam. Tum Itali ci populi Picentes, Frentani, Taurini, Apuli, Calabri, Salentini. Ad dextram sunt sub Alpibus Ligures, sub Apennino Hetruria, post Latinum, Volsci, Campani, & super Lucaniam Brutij. Vrbium quæ procul à mari habitantur, opulentissime sunt, ad sinistram Patarium Antenoris, Mutina & Bononia Romanorum coloniæ. Ad dextram Capua à Tuscis, & Roma quondam à pastoribus condita, nunc si pro materia dicatur, alterum opus. At in oris proxima est à Tergeste Concordia. Interfluit Timauus, nouem capi itus exurgens, uno ostio emissus. Deinde Naso non longè à mari ditem attingit Aquileiam: ultra est Altinum.

Superiora latè occupat litora Padus, namque Padus. Ab imis radicibus Vesuli montis exortus, paruis se primum fontibus colligit: & aliquatenus exilis, ac macer, mox alijs amnibus adeò augescit atq; alitur, ut se per septem ad postremum ostia effundat: unū de ijs magnum Padum appellant: inde tā citus profilit, ut discussis fluctibus diu qualē emisit, undam agat, suumq; etiam in mari alueum seruet, donec eum ex aduerso litore Istriæ eodem impetu profluens ister annis excipiat. Hac re per ea loca nau-

D 4 ganti.

gantibus, qua utrinq; annes eunt, inter marinas at
quas dulcium haustus est.

A Pado ad Anconam transitur Rauennam, et ri-
*** Panum for** minum, Pisaurum * Panestris colonia. Flumen Mes-
tune, ut uide taurus atq; Efis, & illa in angustor in duorum pro-
tur. Ptol. montorium ex diuerso coeunie inflexi cubiti ima-
gine sedēs, ac ideò à Grais dicta Ancona, inter Gal-
licas Italicasq; gentes, quasi terminus interest: hanc
enim prægressos Piceni littora excipiunt in qui-
bus Numana, Potentia, Claterna, Cupra, urbes: ca-
stella autem Firmum, Adria, Truentum, idem ei flu-
uio qui præterit, nomen est. Ab eo Senogallia ma-
ritima ad Aterni fluminis ostia. Urbes Bucara &
Histonium. Dauni autem, Tifernum amnem, Cliter-
niam, Lucrinum, Theanum, oppida montemq; Gar-
ganum. Sinus est continuo Apulo littore incinctus
nomine vrias modicus spacio: pleraq; affer acces-
su. Extra Sypuntum, uel(ut Graij dixerat) Sipyus,
& flumen quod Canusium attingens Aufidum ap-
pellant. Post Barium, Egnatia, & Ennio ciue nobi-
les Rudiae, & in Calabria Brundusium, * Valeti-
um, Lupiae, Hydrus mons: tum & Salentini campi,
& Salentina litora, urbs Graia Gallipolis.

Hucusq; Adria, hucusq; italæ latus alterum per-
tinet. Frons eius in duo quidem se cornua (sicut su-
præ diximus) scindit. Cæterum mare, quod inter u/
traq;

*** Aletium** ut
putatur.
Ptol.

traq; admisit, tenuibus promontorijs semel iterum-
 que distinguens, non uno margine circuit, nec diffu-
 sum patensq; sed per sinus recipit. primus Taren-
 tinus dicitur inter promontoria * Salem & Laci= * Iapigium &
 nium. in eoq; sunt Tarentus, Metapontum, Hera- Salentium,
 clea, Crito, Turium. Secundus Scyllaceus inter pro Ptol.
 montoria Lacinium & Zephyrium, in quo est Pe-
 tilia, Coecimum, Scylaceum, Mistræ. Tertius inter
 Zephyrium, & * Brutium, Consilinum, Cauloni- * Scillicum.
 am, Locrosq; circundat. In Brutio suut Columnare Ptol.
 gia, Rheygum, Scylla, Taurianum & Mataurum.
 Hinc in Tuscum mare deflexus est. & eiusdem ter-
 ræ latus alterum Terina, Hippo nunc Vibon, Te-
 mesa, Clampetia, Blanda, Buxentum, Velia Palinu-
 rus olim Phrygij gubernatoris, nunc loci nomen,
 Paestanus sinus, Paestum oppidum, Silarus amnis Pi-
 centia, Petrae, quas Sirenes habitauere. Mimeruæ
 promontorium, opima Lucaniæ loca, sinus Puteo-
 lanus, Surrentum, Herculaneum, Vesuuij montis a-
 fpectus, Pompeij, Neapolis, Puteoli, Lacus Lucri-
 nus & Auernus, Baiae, Misenum, id nunc loci, ali= quando Phrigij militis nomen, Cumæ, Linternum,
 Vulturenus amnis, Vulturenum oppidum, Amœna
 Campania litora, Sinuessa, Liris, Minturnæ, For-
 mæ, Fundi, Tarracina, Circes domus, aliquando Cir-
 ceij, Antium, Aphrodisium, Ardea, Laurentum, O-

flia, citra Tyberim in hoc latere sunt: ultra, Pyrgi,
Anio, Castrum nouum, Grauiscæ, Cossa, Telamon,
Populonia, Cecina, Pise, Hetrusca, & loca & nomi-
na. Deinde Luna, Ligurum, & Liguria, Genua,
Sabatia, & Albigaunum. Tum Paulon & Varum
flumina, utraque ab Alpibus delapsa, sed arum,
quia Italiam finit, aliquanto notius. Alpes ipsæ ab
ijs litoribus longè lateq; diffusæ, primò ad septen-
trionem magno gradu excurrunt, deinde ubi Ger-
maniam attigerunt, uero impetu in orientem aber-
unt, diremptis populis immanibus, usq; in Thraci-
am penetrant.

72 G A L L I A N A R B O-
N E N S I S.

Cemeni
alias.



Allia Lemano lacu, & * Gebennicis
montibus in duo latera diuisa, atque
altero Tuscum pelagus attingens, al-
tero Oceanum: hinc à Rheno ad Py-
renæum usq; promittitur. Pars nostro mari appo-
sita, fuit aliquando Eraccata, nunc Narbonensis,
magis culta & magis consita, ideoq; etiam letior.
Urbium, quas habet opulentissimæ sunt Vasio vo-

Catari. Pto. contiorum, Vienna Allobrogum, Auenio * Caua-
rum, Arecomicorum Nemausus, Tolossa Tectosa-
gum,



ИОАННИКА

ПРЕДСЕДАТЕЛЬ

ГИОСЕГА

ЗДАТ РИБ

ИМЕЮЩИХСЯ

СОВЕТЫ И УЧАСТИЯ

СОВЕТЫ И УЧАСТИЯ

СУЩАКОВ

И МАТУСА

gum, Secundanorum Arausio, Sextanorum Arelate, Septumanorumq; Blitera. Sed antestat omnibus Atacimorun Decumanorumq; colonia, unde olim ijs terris auxilium fuit, nunc & nomen & decus est Martius Narbo. In littoribus aliquot sunt cum aliis quibus nominibus loca. Ceterum rarae urbes, quia rari portus, & omnis flaga austro atq; Africo exposita est. Nicea tangit alpes, tangit oppidum Deceatum, tangit Antipolis: deinde, Forum Iulij Octavianorum colonia, tunc post Atenopolis, & Olbia, & Glanon, & Citaristes, & Halycidon Massiliensium portus, & in eo ipsa Massilia. Hæc à Phoenicis oriunda, & olim inter asperas posita, nunc ut pacatis, ita dissimillimis tamen vicina gentibus. Mirum quam facile & tunc sedem alienam ceperit, et adhuc morem suum teneat. inter eam & Rhodanum maritima Auaticorum stagno absidet fossa Marianæ. Partem eius amnis nauigabili alveo effundit: alioquin litus ignobile est Lapideum (ut uocat) in quo Herculem contra Albionem, & Bergionem Neptuni liberos dimicantem, cum tela defecissent, ab invocato Ioue adiutum imbre lapidum ferunt: credas pluiffe, adeò multipassim & late iacent.

Rhodanus non longè ab Istri Rheniq; fontibus surgit, deinde Lemano lacu acceptus tenet impetu, seq; per medium integer agens, quantus uenit, egreditur.

ditur. Inde contra in occidentem ablatus aliquantidu Gallias dirimit. Post cursu in meridiem abducto hac intrat, accessuq; aliorum amnium iam grandis, & subinde grandior inter Volcas & Cauaras emittitur. Ultra sunt stagna Volcarum, Ledum flumen, castellum Latara, Mesua collis incinctus mari penè undiq; ac nisi quod angusto aggeret continentia annexetur, insula.

* Agathopo Tū ex Gebennis demissus Arauraris iuxta* Alis. Ptol. gatham, secundum Bliteras* Obris fluit, Atax ex

* Orobos. Pyrenæo monte digressus, quā sui fontis aquis uenit, exiguis uadusq; est, & ingentis alioquin aue-

Ptol. tenens: nisi ubi Narbonem attingit, nusquam nauigabilis: sed cum hybernis intumuit imbribus, usque eo solitus insurgere, ut se ipse non capiat. Lacus accipit eum Rubresus nomine spacioſus admodum, sed qua mare admittit, tenuis aditu. Ultra est Leucata litoris nomen, & Salsulae fons, non dulcibus, sed salsioribus, quām marinæ sint, aquis defluens. Iuxta campus minuta arundine graciliq; percurritur, ceterum stagno subeunte suspensus. id manifestat media pars eius, que abscissa proximis uelut insula natat, pelliq; se atque attrahi patitur: quin et ex ijs, quæ ad imum perfoſſa sunt, suffusum mare ostenditur, unde Graijs nostrisq; etiam authoribus, ueri ne ignorantia, an prudentibus etiam mendacij libidine.



libidine, uisum est tradere posteris, in ea regione pise
scem è terra penitus erui, qui, ubi ex alto hucusq; pene
intrauit, per ea foramina ictu captantium interfec-
tus extrahitur. inde est ora Sardonum, & parue
flumina Thelis, & Thicis, ubi acreuere, persueuat
colonia Ruscino, uicinus * Eliberri magna quoniam
dam urbis, & magnarum opum tenue uestigium.
Tum inter Pyrenæi promontoria portus Veneris
est in sinu salso, & Ceruaria locus, finis Galliae.

HISPANIA.

13



Yrenæus primò hinc in * Britanniæ * Cantabré
cum procurrit Oceanum, tum in ter-
ras fronte conuersus Hispaniam ira-
rumpit: & minore eius parte ad de-
xtram exclusa, traxit perpetua latera continuus, do-
nec per omnem prouinciam longo limite immisus,
in ea litora, quæ occidenti sunt aduersa, perueniat.
Ipsa Hispania, nisi qua Gallias tangit, pelago undique
incincta est, ubi illis adhæret, maximè angusta
paulatim se in nostrum mare & Oceanum exten-
dit, magis magisq; latior ad occidentem abit ac fit
ibi latissima. viris, equis, ferro, plumbo, ære, ar-
gento, auroque tam abundans, & adeò fertilis, ut sit
ibi ob penuriam aquarum effœta, & sui diſsimi-
lis est.

lis est, linum tamen aut Spartum alat.

Hispmania Tribus autem est & distincta nominibus, parsq; triplex. eius Tarragonensis, pars Bethica, pars Lusitania uocatur. Tarragonensis, altero capite Gallias, altero Bethicam Lusitaniamq; contingens, mari latera obiicit nostro, qua meridiem, qua septentrionem spes etat, oceano. Illas fluuius Anas separat, & ideo Bethica maria utraq; prospicit, ad occidentem Atlanticum, ad meridiem nostrum. Lusitania oceano tantummodo obiecta est, sed latere ad septentriones, fronde ad occasum. Vrbium de mediterraneis in Tarragonensi clarissimæ fuerunt Pallantia, & Numantia, nunc est Cæsaraugusta. In Lusitani, Emerita: in Bethica, Astigi, Ispalis, Corduba.

At si litora legas, à Ceruaria proxima estrupes, quæ in altum Pyrenæum extrudit. Dein Thicis flu-

***Alba.** Plin. men ad Rhodan, * Clodianum ad Emporia, tum

***Lunarium mons** * Louis, cuius partem occidenti aduersam e-
Ptol.

mimentia cautum, quæ inter exigua spacia, ut gra-
dus subinde consurgunt, Scalas Hannibalis appell-
lant. Inde ad Tarragonem parua sunt oppida, Blan-
da, Illuro, Betullo, Barchino, Subur, Tholobi. Parua
flumina, Betulo iuxta Louis montem, Rubricatunt
in Barchimonis litore inter Subur, & Tholobim ma-
ius. Tarraco urbs est in his oris maritimarum opu-
lentissima. Tulus eam modicus amnis super, inges

liberis

Iberus dorsum attingit. Inde se in terras pelagus insinuat, & primum magno impetu admissum mox in duos sinus promontorio, quod Ferrariam vocant, finditur: prior Sucronensis dicitur, maior hic, & magno satis ora pelagus accipiens, & quo magis penetratur, angustior. Serabim & Duriam, & Sucronem non magna excipit flumina. Urbes complexus & alias quidem, sed notissimas Valentiam, Saguntum illam fide & aerumnis inclytam. Sequens Illicitanus Alonem habet, & Lucentiam, & unde ei nomen est Illicen. Hic iam terrae magis in aliis eunt, latioremq; quam fuerat, Hispaniam faciunt. Verum ab ijs, quae dicta sunt, ad principia Bethicae praeter Carthaginem, quam dux Poenorum Hasdrubal condidit, nihil referendum est. In illis oris ignorantia sunt oppida, & quorum mentio tantum ad ordinem pertinet. Virgi in sinu, quem Virgitanum vocant. Extra Abdera * Suel, Hexi, Menoba, Mala * Suea. Ptolema, Salduba, Lacippo, * Bersebul. * Borbesola

Aperit deinde angustissimum pelagus, & proxima inter se Europae atq; Africæ litora montes efficiunt, ut initio diximus, columnæ Herculis Abyla & Calpe, utrumq; quidem, sed Calpe magis & penetratus in mare prominens. Is mirum in modum concavus, ab ea parte, qua spectat occasum, medium se velatus aperit, atq; inde ingressus lotus admodum

perius,

perius propè quantum patet sinus, & specus ul-
tra est in eoq; Carteia (ut quidam putant) aliquan-
do Tartessos: & quām transiecti ex Africa & hōen-
ces habitant, atque unde nos sumus cingente freto
Patria Melae. Mellaria, & Bello, & Besippo, usque ad Iunonis
promontorium oram freti occupat. Illad iam in oc-
cidentem & oceanum obliquo iugo excurrēs, atq;
ei, quod in Africa Ampelusiam esse dixeramus, ad-
uersum, qua nostra maria sunt, finit Europen.

MEDITERRANEI MARIS INSULAE.



*Ades insula, quæ egressis fretum ob-
via est, admonet ante reliquas dice-
re, quām Oceani litora terrarumq;
circuitum, ut initio promisimus, ora-
tio excedat. Paucæ sunt in Maeotide (inde uidetur
commodissimum incipere) neq; omnes tamen inco-
luntur. nam nec pabula quidem largè ferunt. Hac
re habitantibus caro magnorum piscium sole sicca
& in puluerem usq; contusa pro farre est.*

*Paucæ & in Ponto. Leuce Borysthenis ostio ob-
iecta, parua admodum, & quod ibi Achilles situs
est, Achillea cognomine. Non longè accolitur A-
ria, quæ Marti sacrata, ut fabulis traditur, tulit au-
tes cum*

Nes cum summa clade aduenientium pennas, quasi
tela iaculatas.

Sex sunt inter Istri ostia, ex his Peuce notissima,
et maxima, Thynnias Mariandynorū finibus pro-
xima urbem habet: quā quia Bithyni incolunt, Bi-
thynida appellant.

Contra Thraciū Bosphorū duæ paruae, paruoq;
distantes spacio, et aliquando creditæ dictæq; con-
currere, et Cyaneæ vocantur, et Simplegades. In
Propontide tantum Proconesos habitantur.

Extra Helleponsum earum, quæ Asiaticis regio-
nibus adiacent, clarissimæ sunt, Tenedos Sigeis ad= Tenedose
uersalitoribus, et quo dicentur ordine ad promon-
torium Tauri montis expositæ: quas quidam dicer-
e putauere Macæpwy, siue quod fortunati admodum
coeli soliq; sunt, siue quod eas suo suorumq; regno
Macar occupauerat. In Troade Lesbos, et in ea
quinq; olim oppida, Antissa, Pyrra, Eressos, Ciræ-
na, Mitylene. In Ionia Chios, Samos, in Caria Cos,
in Lycia Rhodos. In illis singulæ sunt iisdem nomi-
nibus urbes. In Rhodo tres quondam erat, Lindos,
Camitos, Ialyisos. Quæ contra Tauri promontori-
um importunæ nauigantibus obiacent, Chelidonie
nominantur.

In sinu, quem maximum Asia recipit, prope me-
dia Cyprus, ad ortum occasumq; se immittens, re- Cyprius

et iugo inter Ciliciam Syriaq; porrigitur inges,
ut que aliquando nouem regna ceperit, & nunc
aliquot urbes ferat, quarum clarissimæ Salamis &
Paphos, & quo primum ex mari Venerem eges-
sam accolæ affirmant Palepaphos. Arados etiam
in Phœnicio est parua, & quantum patet, tota oppi-
dum, frequens tamen, quia etiam subter aliena tecta
Sedem ponere licet.

Parua & Canopos Nili ostio, quod canopicum
uocant, obuia est. Menelai gubernator Canobus ibi
forte moriens nomen insulæ illa ostio dedit. Phæ-
ros Alexandriæ nunc ponte coniungitur, olim ut
Homerico carmine proditum est, ab eisdē oris curs
ju diei totius abdueta; & si ita res fuit, uideri po-
test coniectantibus in tantum mutata causas Nilum
præbuisse, dum limum subinde, & præcipue cum
exundaret, litori annexens, auget terras spatiumq;
augescentium in uicima uada promonet.

In Africa contra maiorem Syrtim Citeletos, con-
tra minorem promontoria Meninx & Cercinna,
contra Carthaginis sinum Tarichia & Aegathes
Rom. clade memorabiles.

Plures Europæ litoribus sunt appositæ. In Ace-
geo mari prope Thraciam Thæsos, Imbros, Samo-
thrace, Scandille, Polyægos, Scyathos, Halonefos, et
quam aliquando, omnibus qui mares erant, cæsis,
tantu[m]

Tantum foeminae tenuisse dicuntur, Atque monti Lemnos aduersa. Pagaseus sinus Scyathon prospicit. Ci
cyneton amplectitur.

Eubœa ad meridiem promontorium Gereston Eubœa.
 Et Caphareum, ad septentrionem Coeneum extru-
 dit, et nusquam lata: duum millium spatium habet,
 ubi arctissima est, cæterum longa, totiq; Boeotie ap-
 posita angusto freto distat à litore. Euripon vocant
 rapidum mare, et alterno cursu septies die ac se-
 pties nocte fluctibus inuicem uersis: adeò immodi-
 ce fluens, ut uentos etiam ac plenis uelis nauigia fru-
 stetur. Aliquot in ea sunt oppida, Hestia, Eretria,
 Pyrrha, Nesos, Oechalia: uerum opulentissimæ Cœ
 rystos, et Chalcis. In Attide Helene est nota stupro
 Helenæ, et Salamis excidio classis Persicæ notior.

Circa Peloponneson etiam nunc in Aegeo Phiz-
 tiusa, et Aegina Aepidaurico litori proxima: Troë
 exonio Calauria inter ignobiles, alias letō Demos
 sthenis nobilis. In Myrtoo Cythera contra Male-
 am emissâ, et Theganusa contra Acritam. In Ioniō
 Prote, Hyria, Cephalenia, Nerithos, Same, Za, ynā
 thos, Dulychium, et inter non ignobiles vlyssis no-
 mine Ithaca maxime illustris. In Epiro Echinades,
 et Strophades, olim Plotæ.

Contra Ambracium sinum Leucadia, et uiciniæ
 Adriatico mari Corcyra: hæ Tracum Graiorumq;

Sporades in terris obiacent. At interius Melos, Olearos, Aegina, Cathon, Ios, Thera, Hydros, Hippuris, Donysa, Cianos, Chalcis, Icaria, Pimaria, Nisyros, Lebynthos, Calydne, Asine: haec quia dispersae sunt Sporades. Ab eis Sicynus, Cythnos, Siphos, Rhene, Paros, Scyros, Tenos, Myconos, Naxos, Delos, Andros; **Cyclades** quia in orbem iacent, Cyclades dictae sunt.

insulæ. Super eas iam in medio mari ingens, & centum quondam urbibus habitata Crete, ad orientem promontorium Samonium, ad occidentem lepius immittit, nisi maior esset, Cypro similis. **Creta.** multis fantigerata fabulis, aduentu Europæ, Pasiphaës & Ariadnæ amoribus, Minotauri feritate fatoq; Dædali operibus & fuga tum statione atque morte: maxima tamen eo, quod ibi sepulti Louis pene clarum vestigium sepulchrum est, cui nomen eius insculptum esse accolæ ostendunt. Urbium notissimæ, Gnosos, Cortyna, Lyctos, Lycastos, Hopolixos, Phæstos, Cydon, Manethusa, Dictynna. Inter colles, quod ibi nutritum iouem accepimus, fama lœdi montis excellit.

Iuxta est Asticla, Naumaelos, Zephyre, Crisæ, Gaudos, & quas Musagoros numero tres, non tam uocabulo appellant, atq; unde Carpathio mari cognomen est, Carpathos.

In Adria Absoros, Celadusæ, Absyrtis, Issa, Tiscones,

tones, Hydria, Electrides, nigra Corcyra, Tragurium, Diomedia, Aestria, Asine; atq; ut Alexādriæ, & Brundusio adiacens Pharos.

Sicilia (ut ferunt) aliquando continens, & agro Sicilia. Crutio annexa, pōst freto maris Siculi absissa est. Id angustum & anceps alterno cursu modo in Tuscum, modo in Ionium pelagus perfluit, atrox, scum, & Scyllæ Charibdisq; seuis nominibus inclitum. Scylla saxum est, Charybdis mare, utrumq; noxiū appulsis. Ipsa ingens & tribus promontorijs in diuersa procurrens Græcæ literæ imaginem, quæ Delta dicitur, efficit. Pachynū uocatur, quod Græciam spectat: Lilybæum, quod in Africam: Pelorū, quod in Italiam uergens Scyllæ aduersum est: cauſa nomines Pelorus gubernator ab Hannibale ibidem conditus: quem idem uir profugus ex Africa, ac per caloca Syriam petens, quia procul intuenti uidebantur continua esse litora, & non peruum pelagus, proditum se arbitratus, occiderat. Ab eo ad Pachynum ora, quæ extenditur, Ionium mare attingens, haec fert illustria, Messanam, Taurominiū, Catinam, Megarida, Syracusas, & in ijs mirabilem Arctibusam. Fons est in quo uisuntur iacta in Alpheum annem, ut diximus, Peloponnesiaco litori infusum: unde ille creditur non se consociare pelago, sed subter maria terrasq; depresso buc agere.

alueum, atq; hic feruſus extollere. Inter Pachinū
& Lilybæū Acragas est, Heraclea, & Therme. In-
ter Lilybæū & Pelorida Panormus, et Hymera. In-
terior uero Leontini, Centuripinum, Hybla, aliaeq;
cōplures. Famam habet ob Cereris templum Enna
præcipua. Montū Eryx maximē memoratur ob de-
lubrum Veneris ab Aenea conditū: & Aetna, que
Cyclopas olim tulit, nūc assiduis ignibus flagrat. De
amnibus Hymera referēdus, quia in media admodū
ortus, in diuersa decurrit scindensq; eam utrinq; a-
lio ore in Libicum, alio in Tuscum mare deuenit.

Circa Siciliam in Siculo freto est Aeae, quam Ca-
lypso habitasse dicitur. Africā uersus Gaulos, Meli-
ta, Cosura, propius Italianam Galata: & illæ septem,
quas Aeoli appellant, Ostodes, Lipara, Didyme,
Phoenicusa, Ericusa, Hierā, & Strōgylæ, ut Aetna,
perpetuo flagrāt igne. At Pithecusa, Leucothea, Ve-
naria, Simonia, Caprea, Prochyta, Pontiæ, Pandatæ-
ria, Phytonia, Palmaria Italico lateri citra Tyberi-
na ostia obiacent. Ultra aliquot sunt paruae Diani-
um, Iginium, Carbania, Vrgo, Ilua, Capraria.

Duae gentes fretoq; diuisæ, Hetrusco, quarū Cor-
Corsica. sica litori propior inter latera tenuis ex lōga, præ-
terquā ubi Aleria & Mariane colonie sunt, à bar-
Sardinia. baris colitur. Sardinia Africum pelagus attingen-
nisi quod in occidentem, quam in orientem, angue-
stissimus.

Mus spectat, par & quadrata undiq; , & nusquam non aliquanto spacioſior, quam ubi latissima eſt, Corsica, ceterum fertiliſ ſoli quam cœli melioris, atq; ut fœcunda, ita penè pestilens. in ea antiquiſimi populoř ſunt Ilienes: urbium antiquiſimæ Calaris & Sulchi.

At in Gallia, quas referre, conueniat, ſolæ ſunt ſtœchades ab ora Ligurum ad Maſſiliam uſq; diſperſe. Baleares in Hispania contra Tarraconenſiā litora ſitæ, non longe inter ſe diſtant, & ex ſpa-
cio ſuo cognominibus acceptis maiores minoresq; perhibentur. Castella ſunt in minoribus anno & Mago, in maioribus Salma, & Polentia coloniæ. Ebusos ē regione promontorij, quod in Sucronenſi ſinu Perariam uocant eodem nomine urbem ha-
bet frumentis tantum nō fœcunda, ad alia largior: & omnium animalium, quæ nocent, adeo expers, ut nec ea quidem, quæ de agrestibus mitia fiunt, aut generet, aut, ſi inuicta ſunt, ſuftrimeat. Contra eſt Co-
lubaria, cuius meminiffe ſuccurrit, quod cum ſca-
teat multo ac maleſico gencre ſerpentum, & ſit i-
deo inhabitabilis tomen in gressis eam intra id ſpa-
cium, quod Ebusitana humo circum signauerūt, ſi-
ne pernicie tuta eſt, iuſdem illis ſerpentibus, qui ſo-
lent obuios appetere, aspectum cui: pulueris aliud-
ū, quod uerius, procul et cum pauore ſugientibus.

POMPONII ME
LAE DE SITV ORBIS,
Liber III.

EXTIMA HISPANIAE
LITORA.



Ista est ora nostri maris, dictæ insule, quas amplectitur; restat ille circuitus, quem (ut initio diximus) cingit Oceanus ingens, et infinitum per lagus, et magnis aestibus contum (ita enim motus eius appellant) modo inundat campos, modò latè nudat ac refugit, nunc alios aliosq; inuicem, neque alternis accessibus, nunc in hos, nunc in illos impetu uersum. Sed ubi in omnia litora, quamuis diuersa, terrarum insularumq; ex medio pariter effusum est, rursus ab illis colligitur in medium, et in semetipsum reddit: tanta ui semper immissum, ut uasta etiane flumina retroagat, et aut terrestria deprehendat animalia, aut marina destituat. Neq; adhuc satis cognitum est, an heliuūne suo id mundus efficiat, retractamq; cum spiritu regerat undam undiq;, si (ut doctioribus placet) unum animal est:

mal est: An sint depresso*s* aliqui specus, quò reciproca maria residant, atq; inde serurus exuberantia attollant: An Luna causas tantis meatibus præbeat: ad ortus certè eius occasusq; uariantur, neq; eodem assidue tempore, sed ut illa surgit ac demergitur, ita recedere atq; aduentare comperimus.

Huc egressos sequentesq; ea, quæ exētibus extra sunt, æquor Atlanticum, & ora Bethycæ frontis excipit: qua nisi quod semel iterumq; paululum in semet abducitur, usq; ad fluuium Anam penè recta est. Turduli & Bastuli habitant. In proximo sinu portus est, quem Gaditanum, & lucus, quem Oleastrum appellant. Tum Castellum Ebora in litora, & procul à litore Asta colonia: extrà, Iunonis atra templum q; est. In ipso mari monumentum Geironis, scopulo magis quam insulæ impositum. Bæthis fl. ex Tarragonensi regione demissus, per hanc se ré medianam diu, sic nascitur, uno amne decurrit: post ubi non longè à mari grādem lacum fecit, quasi ex uno fonte geminus exoritur, quantusq; simplici aeo uenerat, tantus singulis effluit. Tum sinus alter usque ad finem prouincie inflectitur, eumq; parua oppida Olingi, Onoba contingunt.

At Lusitania trans Anam, quam mare Atlanticum Lusitaniam spectat, primum ingenti impetu in altum abit, deinde resistit, ac se magis etiam quam Bethica abdu-

E 5 cit.

cit. quā prominet bis in semet recepto mari in tria promontoria dispergitur. Anē proximum, quia la
ta sede procurrēns paulatim se ac sua latera fastigiat, Cuneus ager dicitur: sequens Sacrum uocant, Magnum, quod ulterius est. In Cuneo sunt Mirtys
lis, Balsa, Ossonoba: in Sacro Lacobriga & portus Hannibalis: in Magno Ebora. Sinus intersunt, &
est in proximo Salacia: in altero Vlyssipo, & Tagi
ostium amnis aurum gemmasq; generantis. Ab ijs
promontorijs ad illam partem, que recepit, ingens
flexus aperitur. In eoq; sunt Turduli ueteres, Tur-
dulorumq; oppida: amnes autem Monda in mediū
scr̄e ultimi promontorij latus effluens, & radices

Dorias fl. eiusdem abluens * Durius. Frons illa aliquandiu re-
ctam ripam habet, deinde modico flexu accepto
mox paulum eminet, tum reducta iterum iterumq;

Nerium si= recta margine iacens ad promontoriū, quod * Cel-
ue Onerium ticum uocamus, extendit: totam Celtici colunt,

Ptol. sed à Durio ad flexum Gronij: fluuntq; per eos A-
uo, Celandus, Nebis, Minius, & cui obliuionis co-

* Limius. nomen est * Limia. Plexus ipse Lambricam ure-
Ptol. bem amplexus recipit fluuios, Iernam, & viam.

Partem, quae prominet. Presamarci habitat: periss-

* Tamara. eos * Tamaris, & sars flumina nō longe orta de-

Ptol. currunt. Tamaris secundum Arotebrarum portū,
Sars iuxta turrem Augusti titulo memorabilem.

Cetera

Eccetera super Tamarici Nerijq; incolunt in eo trai-
ctu ultimi. Hactenus enim ad occidentem uersa li-
tora pertinent, deinde ad septentriones toto latere.
terra conuertitur à Celticō promontorio ad Scye-
thicum usq;. Hinc perpetua eius ora, nisi ubi modi-
ci recessus, ac parua promontoria sunt, ad Canta-
bros penè recta est.

In ea primum Artabris sunt, & Ianasum Celticae
gentis, deinde Astures: in Artabris sinus ore angu- Ora His-
tio admixtum mare, non angusto ambitu excipiens Borealis,
Adrobicum urbem, & quatuor amnium osia incin-
git. Duo etiam inter accolentes ignobilia sunt, per
alia duo Mearus exit, & Narius ad Libuncam. In
Asturum litore Noega est oppidū, & tres aræ, quas
Sestianas uocant, in peninsula sedent, & sunt Augu-
sti nomine sacræ illustrantq; terras ante ignobiles.
At ab eo flumine, quod Saliam uocant, incipiunt o-
ra paulatim recedere, & latæ adhuc Hispaniae ma-
gis magisq; spacia contrahere: usq; adeo semet &
terræ angustantibus, ut earum spacium inter duo
maria dimidio minus sit, quæ Galliam tangunt, quæ
ubi ad occidentem litus exporrigūt. Tractum Can-
tabri & Varduli tenent. Cantabrorum aliquot po-
puli amnesq; sunt: sed quorum nomina nostro ore
concipi nequeant: per eosdem et Salenos: Saurium:
per Autrigones & Origueiones quosdam * Nesua * Nerua. Pt.
descens.

Dicitus. Ptolomeus, descendit: * Deua Tritium Tobolicum attingit, deinde Iturissam & Easonem Magrada. Varduli una gens hinc ad Pyrenæi iugi promontorium pertinens, claudit Hispanias.

EXTIMA GALLIA RVMORA.

Sequitur Galliae latus alterum cuius ora primo nihil progressa in altum, mox tandem penè in pelagus excedens, quātum retrò Hispania abscesserat, Cantabricis fit aduersa terris, & grandi circuitu inflexa ad occidentem litus aduenerit, tunc ad Septentriones conuerfa iterum longo rectoq; traetu ad ripas Rheni amnis expanditur.

Terra est frumenti præcipue, & pabulifera, & amœna lucis immanibus, quicquid ex satis frigoris impatiens est, ager nec ubiq; alit, & noxio genere Gallorum animalium minimè frequens. Gentes superbæ, superiores. Stitiosæ, aliquando etiam immanes, adeò ut hominem optimam dijs uictimam crederent, manent uerstigia feritatis iam abolite: atq; ut ab ultimis cedibus temperant, ita nihilominus, ubi deuotas altaria aduocare, delibant, habent tamen & facundiam suam, magistrosq; sapientie Druidas. Hi terre mundiq;

Mundiq; magnitudinem & formam, motus coeli ac syderum, et quid dij uelint, scire profitentur: docent multa nobilissimos gentis clam & diu uicenit annis in specu, aut in abditis saltibus. Vnum ex ijs, quae præcipiunt, in uulgs effluit, uidelicet ut force ad bella meliores, eternas esse animas, uitamq; alteram ad manes. Itaq; cum mortuos cremant, ac defodiunt, apta uiuentibus olim negotiorum ratio, etiam & exactio crediti defrebatur ad inferos, evanq; qui se in rogos suorum, uelut una uicturi libenter immitterent.

Regio, quam incolunt, omnis comata Gallia. Po Gallia triplex pulorum tria summa nomina sunt, terminanturq; fluuijs in gentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitania, ab eo ad Sequanam Celtæ, inde ad Rhenum pertinent Belgæ. Aquitanorum clarissimi sunt Ausci, Celtarum Hedui, Belgarum Treueri. Urbes opulentissimæ, in Treueris Augusta, in Heduis Augustudunum, in Auscis Elusaberris.


Garumna ex Pyrenæo monte delapsus, nisi cum Garumna fit byberno imbre, aut solutis niuibus intumuit, diu uadous & uix nauigabilis feritur: aut ubi obuius oceanus exuestuantis accessibus adauctus est, ijsdemq; retro remeantibus suas illiusq; aquas agit, aliquantum plenior, & quanto magis procedit, eò latior fit, ad postremum magni freti similis, nec maiora tam

line

tum nauigia tolerat, uerum etiam more pelagi se-
uientis exurgens iactat nauigantes, atrociter utiq;
si alio uentus, alio unda præcipitat. in eo est insula
Antros nomine: quam pendere & attolli aquis in-
crescentibus ideo incolæ existimant, quia, cum ui-
deatur editior, aquis obiacet, upi se fluctibus imple-
uit, illam operit, nec ut prius tantum ambit: &
quod ea, quibus ante ripæ collesq;, ne cernerentur,
obstiterant, tunc uelut ex loco superiore perspicua
sunt.

A Garumna exitu latus illud incipit terræ pro-
currrens in pelagus, & ora Cantabricis aduersa lis-
toribus alijs alijs q; populis media eius habitatibus:
ab Santonibus ad Osismios usq; deflexa: ab illis e-
nim iterum ad septentriones frons litorum respicit,
pertinentq; ad ultimos Gallicarum gentium Mori-
nos, nec portu, quem Gesoriacum uocant, quicquā
habent notiū.

Rhenus. s. Rhenus ab Alpibus decidens, propè à capite du-
os lacus efficit, Venetum & Acronium: mox diu so-
lidus, et creto alueo lapsus, haud procul à mari huc
& illuc dispergitur: sed ad sinistrum amnis etiam
eum, & donec effluat Rhenus ad dextram primo an-
gustus, & sul simulis, post ripis longè ac latè rece-
dentibus, iam non amnis, sed ingens lacus, ubi cam-
pos impletuit, Fleuo dicitur, eiusdemq; nominis in/
sulam



fulam amplexus fit iterum arctior, iterumq; fluuius
emittitur.

GERMANIA.


14

Germania hinc ripis eius usque ad Alpes, à meridie ipsis Alpibus, ab oriente Sarmaticarum confinio gentium: quā septentrionem spectat, oceanī labore obducta est. Qui habitant, immanes sunt animis, atq; corporibus, & ad insitam feritatem uaste utraq; exercent bellando animos, corpora ad consuetudines laborum, maximo frigore nudi agunt, nequam puberes sint, & longissima apud eos pueritia est. viri sagis uelantur, aut libris arborum, quamuis seua hyeme nandi non patientia tantum illis, studium etiam est: bella cum finitimi gerunt, causas eorum ex libidine accersunt: neq; imperitani prolatandiq; quæ possidentur, nam ne illa quidem enixè colunt, sed ut circa ipsos, quæ iacent, uasta sint. Ius in uiribus habent adeò, ut ne latrociniis quidem pudeat, tantum hospitibus boni, mitesq; supplicibus: uictu ita asperi incultiq; ut cruda etiā carne uescantur, aut recenti, aut cum rigentem in ipsis pecudum ferarumq; corijs manib; pedibusq; subigendo renouarunt.

Terra

Terra ipsa multis impedita fluminibus, multis
 montibus aspera, & magna ex parte sylvis ac pa-
 ludibus invia: Paludum Suesia, Mesia, & Melia-
 gum maxime. Syluarum Hercynia, et aliquot sunt,
 quae nomen habent: sed illa dierum sexaginta iter
 occupans, ut maior alijs, ita & notior. Montium
 altissimi Taurus & Rhetico, nisi quorum nomina
 uix est eloqui ore Romano. Amnium in alias gen-
 tes excentium Danubius & Rhodanus: in Rheni
 Mœnus & Lupia: in Oceanum * Amisius, Visur-
 gis, & Albis clarissimi: super Albin Codanus in-
 gens sinus magnis paruisq; insulis refertus est. A-
 cre mare, quod gremio litorum accipitur, usquā
 latè patet, nec usquā mari simile, uerū aquis pase-
 sim interfluentibus, ac sēpe transgrebis, uagum at-
 que diffusum facie amnium spargitur: quā litora at-
 tingit, ripis contentum insularum non longe distan-
 tibus, & ubiq; penè tantundem, ut angustum, &
 par freto, curuansq; subinde se longo supercilio in-
 flexum est. In eo sunt Cimbri & Theuto-
 ni, ultra ultimi Germanic
 Hermiones.

SARO



A:Hircanus sinus; B:Scythicus sinus; C:Caspicus sinus; D:Derbice pop.

S A R M A T I A.



Armatia intus quām ad mare latior,
ab ijs que sequitur, Visula amne dis-
reta, qua retro abit usq; ad istrum-
umen immitit, gens habitu armisq;
Paribus & proxima, uerū ut cœli aſſerioris, ita in-
geniū non ſe urbibus tenet, & ne statis quidem ſedi-
bus, ut inuita uere pabula, ut cædens, & ſequens
hostis exigit, ita res opesq; ſecum trahens ſemper
caſtra habitat bellatrix, libera, indomita, & uſq;
eo unmanis atq; atrox, ut foeminae etiam cum ui-
ris bella ineat, atq; ut habiles ſint, natis ſtatim dex-
tra aduritur mamma, ut inde expedita in iclus ma-
nus, que exuritur, uirile fiat pectus: arcus tendere,
equitare, uenari, puellaria penaſa ſunt: ferire hostem
adultarum ſtipendium eſt, adeò ut non percuſiſſe
Pro flagitio habeatur, ſi:q; eis poena uirginitas.

S C Y T H I A.



Nde Afiae cōfinia, niſi ubi perpetuæ
hyemes ſedent, & intolerabilis ri-
gor, Scythici populi incolunt, ferre
omnes etiam in unum Sagæ appellati.

lati. In Asiatico litore primi Hyperborei super Aquilonem Rhiphæosq; montes sub ipso syderum cardine iacent, ubi Sol non quotidie, ut nobis, sed prius
Sup polares. mun uerno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit, & ideo sex mensibus dies & totidem alijs nox usq; continua est. Terra angusta, per se fertili, cultores iustissimi, & diutius quam ulli mortalium & beatius uiuunt. Quippe læti, non bella mouere, non iurgia, sacris operati maximè Apollinis, quorum primitias Delon misse initio per uirgines suas, deinde per populos subinde tradentes ulterius, moremq; eum diu, & donec uitio gentium temperatus est seruasse referuntur. Habitant lucos sylvasq;
 & ubi eos uiuendi facetas magisq; tedium cepit bilares redimiti sertis semetipsos in pelagus ex cetera rupe precipites dant. Ad eis funus eximum est.

Mare Caspium. Mare Caspium ut angusto, ita longo etiam fredo alueo influxit, in tres sinus diffunditur, contra os ipsum in Hyrcanum, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum, quem propriè & totius nomine Caspium appellant: omne atrox, sauum, sine portibus, procellis undique expositum, ac beluis magis quam cætera refertum, & ideo minus nauigabile ad introeunium dextram Scythæ. Nomades fretilloribus insident. Intus sunt ad Caspium sinū Caspī

& Am-

G Amazones : sed quas Sauromatidas appellant,
ad Hyrcanū Albani et Moschi, & Hyrcani; in Scy-
thico Amardi & Pæfici, etiam ad fretum Derbices.

Multi in eo sinu magni paruq; amnes fluunt,
sed qui famam habent, ex Ceravijis montibus uno
alveo descēdit, duob. exit in Caspium Araxes, Tauri-
Araxes fluis
ri laterē demissus: quoad campos Armeniae secat, la-
bitur placidus & silens, neq; in uirām partem eat,
quanquam intuearis manifestum: cum in asperiorā
deuenit, hinc atq; illinc rupibus pressus, & quanto
angustior, tanto magis pernix frangit se subinde ad
oppositā cautium, atq; ob id ingenti cūm murmu-
re, sonansq; deuolutur, adeò citus, ut quā ex præci-
piti casurus est, in subiectam non declinet stauum un-
dam, sed ultrā quam canalem habet, euehat, plus iu-
geris spacio sublimis, & aquis pendentibus semet-
ipsum sine alveo ferens: deinde ubi in curuū arcu-
atoq; amne descendit, fit tranquillus, iterumq; per
campos tacitus, & uix fluens in litus elabutur.

Cirus & Cambyses ex radicibus coraxici mōtis
uicinis editi, et in diuersa abeūt, perq; Iberas et Hyr-
canos diu, & multum distantibus alveis defluunt,
post non longē a mari eodem lacu accepti in Hyrcanū
finum uno ore perueniunt.

Iaxartes & Oxos per deserta Scythia ex Sogdias
norum regionibus in Scythicum exeunt: ille suo fon-

te grandis, hic incursu aliorum grandior, & aliquandiu ad occasum ab oriente currens, iuxta Dabas primum inflebitur, cursuq; ad septentrionem conuerso inter Amardos & Pæsicas aperit.

Sylue alta quoque dira animalia, uerum & Tigres ferunt utiq; Hyrcanie saevum ferarum genus, & usq; eò pernix, ut illis longè quoq; progressum equitem consequi, nec tantum semel, sed aliquoties etiam, cursu, unde coeperint, subinde repetito, solis tum & facile sit. Causa ex eo est, quod ubi ille inter ceptos earum catulos citus coepit auehere, rabiem apropinquatum frustraturus, astu unum de pluri- bus omittit: hec proiectum accipiunt, & ad cubilia sua referunt, rursumq; & saepius remeant, atq; idem efficiunt, donec ad frequentiora, quam adire au- dent, profugus raptor euadat.

Vlra Caspium sinum quid nam esset, ambiguum aliquandiu fuit, idemne Oceanus, an tellus infersta frigoribus sine ambitu, ac sine fine projecta. Sed præter Physicos Homerumq;, qui uniuersum orbem mari circumfusum esse dixerunt. Cornelius Nepos, ut recentior authoritate, sic certior tradit: testem du tem rei Q. Metelli Celerem adiicit, eumq; ita retulisse commemorat, cum Gallijs proconsul præcesset Indos quosdam à rege sueorum dona sibi datos, unde in eas terras deuenissent requirēdo, cognosse.

Ni tempestatum ex Indicis & quoribus abreptos, e-
mensosque, quæ intererant, tandem in Germanicæ
litora exiisse. Restat ergo pelagus, sed reliqua
lateris eiusdem assiduo gelu durantur, & ideo de-
serta sunt.

HISPANIAE ET SEP-
TENTRIONIS
INSULÆ.



Is oris, quas angulo Bæthicæ hucusq[ue]
perstrinximus, multæ ignobiles insu-
læ et sine nominibus etiam adiacent,
sed earum, quas præterire non libeat
Gades fretum attingit, eaq[ue] à continenti angusto sp[acio], & ueluti flumine abscissa, quæ terris propior
est, penè rectam ripam agit; quæ Oceanum spectat,
duobus promontorijs erecta in altum, medium litus
abducit: & fert in altero cornu eiusdem nominis ur-
bem opulentam, in altero templum Aegyptij Her-
culis, conditoribus, religione, uetustate, opibus illu-
stre. Tyrij condidere cur sanctum sit, ossa eius ibi
sita efficiunt: annorum quis manet numerus, ab Iliæ
ca tempestate principia sunt, opes tempus aliuit. In
Lusitania Erythia, quam Geryone habitatam acce-
pimus, aliaeq[ue] sine certis nominibus adeò agriferti-
les,

les, ut cum semel sata frumenta sint, subinde recidi-
uis seminibus, segetem nouam ibus, sepiem minimū,
interim plures etiam messes ferant. In Cœticis ali-
quot sunt, quas (quia plumbo abundant) uno omo-
nes nomine Cassiterides appellant. Ena in Britan-
nico mari Osismicis aduersa litoribus Gallici num-
nis oraculo insignis est, cuius antisites per eius uir-
ginitatem sancte numero nouam esse traduntur. Gal-
licenas uocant, putantq; ingenij singularibus præ-
ditas, maria ac uentos concitare carminibus. scq; in
quæ uelint animalia uertere, sanare quæ apud alios
insanabilia sunt, scire uertura & prædicere, sed non
nisi dedita nauigantibus, & in id tantum ut se con-
sulerent, profectis.

Britannia.

Britannia qualis sit, qualesq; progeneret, mox
certiora & magis explorata dicetur. Quippe tam
diuinauam aperit ecce principum maximus, nec in-
domitarum modo ante se, uerum ignorantum quoq;
gentium uictor, qui propriarum rerū fidem ut bel-
lo affectauit ita triumpho declaratus portat. Læ-
terum, ut adhuc habuimus, inter septentrionem oc-
cidentemq; profecta, gradi angulo Rheni ostia pro-
spicit, deinde obliqua retrò latere abstrahit, altero
Galliam, altero Germaniam spectans: tum rursus
perpetuò margine directi litoris ab tergo abdu-
cta, iterum se in diuersos angulos cuneat trique ira,

S. 86

Siciliæ maximè similis, plana, ingens, fœcunda, uerum ijs, quæ pecora, quam homines, benignius alant. Fert nemora, saltus, ac prægrandia flumina alternis motibus modò in pelagus, modò retro fluentia, & quedam gemmas margaritasq; generantia. Fert populos regesq; populorum, sed sunt in culti omnes, atq; ut longius à continentia absunt, ita aliarum opum ignari magis: tantum pecore ac finibus dites, incertum ob decorum, an quid aliud, ulterò corpora infecti. Causas autem ex bella contrahunt, ac sic frequenter inuicem infestant, maximè imperitani cupidine, studioq; ea prolatandi, quæ possident. Domicant non equitatu modo aut pedite, uerum ex bigis, & curribus Gallicè armati. Couimos vocant, quorum falcatis axibus utuntur.


Suprà Britanniam Iuuerna est, penè par spacio, Hybernia. sed utrinq; aequalis, tractu litorum oblonga, cœli ad maturam semina iniqui: uerum adeò luxuriosa herbis non latis modo, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta disfiliant. Cultores eius inconstiunt, & omnium uirtutum ignari, magis quam aliæ gentes aliqua tenus tamen gnari, pietatis admodum expertes.

Triginta sunt Orchades angustis inter se diductæ, & spacijs, septem Hemodes cōtra Germaniā pro-

rectæ in illo sinu, quem Codanum diximus. Ex his
 Scandia ut *Codanomia, quam adhuc Theuvoni tenent, ut mag-
 putatur. gnitudine alias, ita fœcunditate ante stat. Quæ Sar-
 Ptol. matis aduersa sunt, ob alternos accessus recessusq;
 pelagi, & quod spacia, quæ distant, modò operiun-
 tur undis, modò nuda sunt: alias insule uiuentur, a-
 lias una & continens terra. in his esse Oonas, qui
 ouis auium palustrium, & auenis tantum alantur,
 esse equinis pedibus Hippopodas & Sacmalos, qui
 bus magnæ aures, & ad ambiendum corpus onne
 patule, nudis alioqui pro ueste sint, præter quæ non
 quod fabulis traditur, authores etiam, quos sequi
 non pigrat, inuenio.

Thule. Thule Belgarum litori apposita est. Graijs et no-
 stris celebrata carminibus. In ea quod sol longè è oc-
 casurus exurgit, breues utiq; noctes sunt, sed per hy-
 emem sicut alibi obscuræ, estate lucide, quod per id
 tempus iam se altius euchens, quāquam ipse nū ce-
 natur, uicino tamē splendore proxima illustrat: per
 solstictium uero nullæ, quod tum iam manifestior non
 fulgorem modò, sed sui quoque partem maximam
 ostentat.

***Talca. Pt.** * Talga in Caspicio mari sine cultu fertilis, omni
 fruge ac fructibus abundans: sed uicini populi, que
 gignuntur, attingere nefas, & pro sacri legio ha-
 bent, dijs parata existimantes, dijsq; seruanda. Ali-
 quot



Quot & illis oris, quas desertas diximus, & quæ deser-
te adiacent, quas sine proprijs nominibus Scythi-
cas uocant. Ab ijs in Eoum recursus inflectitur, inq[ue]
oram terræ spectantis orientem pertinet. Hæc à Scy-
thico promontorio apposita primum omnis obni-
ues inuia est, d: inde ob immanitatem habitantium
inculta.

Scythæ sunt Androphagi, & Sagæ distincti re-
gione, quia feris scatet, inhabitabili. Vasta deinde i-
terum loca beluae infestant, usque ad montem mari
imminitem nomine Thabin: longè ab eo Taurus
attollitur. Seres intersunt genus plenum iustitiae ex
commercio, quod rebus in solitudine relictis absens
peragit.

INDIA.

16



Otissima India non Eo tantum ap-
posita pelago, sed & ei, quod ad me-
ridiem spectans Indicum diximus.
& hinc Tauri iugis ab occidente in-
de fini a, tantum spaciū litoris occupat, quantum
per sexaginta dies noctesq[ue] uelificatis cursus est.
Ita multum à nostris abducta regionibus, ut in alio
qua parte eius neuter septentrio appareat, aliterq[ue]
quam in alijs oris, umbræ rerum ad meridiem iace-

F 5 ante

ant: cæterum fertilis & uario genere hominum, animaliumq; scatet. Alit formicas non minores maxmis canibus, quas more Gryphorum aurum penitus egestum, cum summa pernicie attingentia custodire commemorant. mmates & serpentes aliqui, ut elephantes morsu atq; ambitu corporis afficiant. Tam pinguis alicubi, & tam feracissili, ut in eo mella frondibus defluant. Canas sylvae servant: arundinum fissa internodia, ueluti nauita bie nos & quedam ternos etiam uehant. Cultorum habitus moresq; dissimiles: uno alij uestiuntur aut lassis, quas diximus, alij ferarū auiumq; pellibus, pars nudi agunt, pars tantum obscena uelati, alij humiles paruiq; alij ita proceri & corpore ingentes, ut elephantis etiam & ibi maximis, sicut nos equis, facile atq; habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere, nulla carne uesti optimū existimant: quosdam tantum pisces alunt, quidam proximos parentesq; priusquam annis aut ægritudine in maciem eant, uelut hostias cœdunt, cœsorumq; uisceribus epularifas et maximè pium est, at ubi senectus aut morbus incessit, procul à cæteris abeunt, mortemq; in solitudine nihil anxij expectant, prudentiores eis, qui hunc ars studiumq; sapientiae contingit: non expectant eam, sed ingerendo semet ignibus laeti & cum gloria accersunt.

verbium.

Vrbium, quas incolunt (sunt autem plurimæ) Ny. Vrbes ma-
sa est clarissima & maxima, montium Meros ioui dice.
sacer: famam hinc præcipuam habent, quod in illa
genitum, in huius specu Liberum arbitrantur esse
nutritum: unde Græcis authoribus ut femori iouis
insutum dicerent, aut materia ingeſſit, aut error O-
ras tenent ab Indo ad Gangem Palibotri: à Gange
ad lolida Nysij, ubi magis, quam ubi habitetur, ex-
estuat, atque gentes, & quodammodo Aethiopes.
Ab lolide ad Cudum recta sunt liora, timidiq; po-
puli, & marinis opibus affatim dues. Tamos pro-
montorium est, quod Taurus attollit: collis, alterius
paris angulus, initiumq; lateris ad meridiem uersi.


Ganges & Indus amnes: ille multis fontibus in Ganges.
Nemodo in diæ monte cõceptus, simul unum alue-
um fecit, fit omnium maximus, & alicubi latius,
quando angustissime fluit, decem millia passuum pa-
tens, in septem ora dispergitur. Indus ex monte Pa/ indus
ropamiso exortus, & alia quidem flumina admit-
tit, sed clarissima Copen, Acesinæ, Hydaspem, cõ-
ceptamq; pluribus alueis undam lato spacio trahit
hinc penè Gangem magnitudine exequat: post ubi
aliquot sepe magnis flexibus cingit iugum, ingens
iterum rectius solidusq; descendit, donec se ad leuam
dextramq; diducens, duobus ostijs longè distantibus
exeat. Ad Iamum insula est Chryse, ad Gangem Ar-

cyre,

gyre, altera aurei soli (ita ueteres tradidere) altera argentei, atq; ita. ut maximè uideatur, aut ex re nō men, aut ex uocabulo ficta fabula est.

Taprobanā. Taprobanē aut grandis admodum insula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur: sed quia habitat, nec quisquam circum eam esse iudicatur, prop̄ uerum est. Contra inde illa ostia sunt, quae uocant solis, adeò inhabitabila, ut ingressos uis circumfusi aëris exanimet confessim, & inter ipsa ostia rara tenet regio ob aestus intolerabiles alii cubi cultoribus egens. Inde ad principia rubri mari pertinet inuia atq; deserta humus, & cines: magis, quam pulueri similis, ideoq; per eam rara et nō grandia flumina emanant, quorum Tuberonem, & Arusacem notissima accepimus.

**Rubrum
mare.** Rubrum mare Græci, siue quia eius coloris est, siue quia ibi Erythras regnauit, ερυθρας Δέλτας ονομασι appellant, procellosum, asperum, mare profundum, & magnorum animalium magis, quam catesra capax: primo recedentis oras æqualiter impellit, & ut non intret interius, aliquantum patens sinus erat. Sed quas ripas inflexerat, irrumpit, duo q; iterum sinus aperit. Persicus uocatur dictis regionibus propior, Arabicus ulterior.



A. Chelonophagi. B. Corios flu. C. Andanis flu. D. Babyloniorum funes. E. Mact pupi.

SINVS PERSICVS.

Persicus, quā mare accipit, utrinq; res
etis lateribus grāde ostium, quasi cer-
uice complectuūr, deinde terris in
omnem partem uastē & aqua pora-
tione cedentibus, magno litorum orbe pelagus in-
tingens, reddit formam capitis humani. Arabici &
os arctius, & latitudo minor est, maior aliquanto
recessus, & multo magis longa latera, init penitus,
intorsusq; dum Aegyptum penè, & montem Ara-
bie Casium attingit, quodam fastigio minus ac mi-
nus latus, & quo magis penetrat angustior. Ab ijs,
que diximus, ad sinum Persicum, nisi ubi Chelono-
phagi morantur, deserta sunt. In ipso Carmani na-
tigantium dextera positi sine ueste ac fruge, sine pe-
core ac sedibus, piscinū cute se uelant, carne uescun-
tur, præter capita toto corpore hirsuti.

Interior d Gedrosij, dehinc Persæ habitant. Cethis
per Carmanos, supra Andanis & Corios effluunt.
In parte qua pelagi ostio aduersa est, Babyloniorū
fines Chaldaeorumq; sunt, & duo clari amnes, Ti-
gris Persidi propior, ulterior Euphrates. Tigris, ut Tigris Eup-
hratus est ita descendens usq; ad litora permeat. Eu-
phrates immanni ore aperto non exit tantum, unde
eritur,


britur, sed & uaste quoq; decidit: nec secat continuo
agros, sed latè diffusus in stagna, diuq; sedentibus a-
quis, & sine alueo patulis piger: post ubi margine
rupit, ucre fluuius est, acceptusq; ripis celer & fre-
mens per Armenios & Cappadocas occidetem pe-
tit, ni Taurus obstat, in nostra maria uenturus. Inde
ad meridiem auertitur, & primum Syros, tum Ara-
bas ingressus, non perdurat in pelagus, uerum inges-
modò & nauigabilis, inde tenuis riuus despctus ei-
moritur, & nusquam manifesto exiit effluit, ut alii
amnes, sed deficit.

Arabia felix. pelagus excurrit, Arabia dicitur, cognomen Eude-
mon, angusta, uerum cinnamomi & thuris aliorūq;
odorum maximè ferax: maiorem Sabæi tenent par-
tem ostio proximam, & Carmanis contrariam par-
tem Macæ, quæ inter ostia ostenditur, syluae cautesq;
exasperant, aliquot sunt in medio insulæ sitæ: O-
gyris, quod in ea Frythra regis monumentum est
magis clara, quam cætere.

SINVS ARABICVS.



Iterum sinum undiq; arabes incin-
gunt. A bea parte, quæ introcunti-
bus dextra est, urbes sunt Carræ, &
Arabia, & Gandamus: in altera ab
intimo



A. Beronice. B. Heroopolitis sinus. C. Arsinoë. D. Pygmæi. E. Fortunate insul. F. Salafiu. G. Lērus flu. H. Ampelusa.


intimo angulo prima, Beronice inter Heropoliticā
& Scrobiū: deinde inter promontoria Morone-
tion & Colaca, Philoteris & Ptolemais: ultra Arsi-
noē & alia Beronice: tum sylua, quæ Hebenum o-
doresq; generat, & manu factus annis, ideoq; reſa-
rendus, quod ex Nili auleo Dioryze, abductus ex-
tra sinum, uerū inflexus, & non rubri maris pars
bestijs infesta, ideoq; deserta est. Partem Candei ha-
bitant hi, quos ex facto, quia serpentibus uescuntur,
Ophiophagos uocant.

Fuere interius Pygmai minutum genus, & quod
pro satis frugibus contra grues dimicando defecit.
Sunt multa uolucrum, multa serpentum genera. De
serpentibus memorandi maximè, quos paruos ad-
modum, & ueneni presentis certo anni tempore ex
limo concretarum paludium emergere, in magno
examine uolant, & egyptum tendere, atq; in ipso
introitu finium ab aliis, quas bidas appellant, ad
uerso agmine excipi, pugnaq; confici traditum est.

De uolucribus, præcipue referenda Phœnix sem. Phœnix
per unica: non enim coitu concipitur partuue gene-
ratur, sed ubi quingentorum annorum ævo perpe-
tua durauit, super exaggerata uarijs odoribus stru-
em sibi ipsa incubat, soluiturq; deinde putrescenti-
um membrorum tabe concrescens, ipsa se concipit,
atq; ex se rursus renascitur: cum adoleuit, ossa pri-
stinae

stini corporis inclusa myrrha Aegyptum exportata
atq; in urbem, quam Solis appellant, fragrantibus
nardo bustis inferens memorando funere consecrat:
ipsum promotorium, quò id clauditur, à Ceramyns
saltibus inuium est.

AEthiopes ultra sedent, Meroëni habent terram, quam Nilus primo amplexu insulam facit: pars, quia uitæ spaciū dimidio ferè, quā nos, longius agunt, Macrobij: pars, quia ex Aegypto aduenere, dicti Automolæ, pulchri forma, æquæ corporis, parumq; ueneratores, ueluti optimarum alumnī uirtutum: in illis mons est, cui potissimum pareant, specie ac uiribus legere: apud hos plus auræ, quam Persis est: ideo quod minus est, preciosius censem. Aëre exornantur, auro uincula fontium fabricant. Est locus apparatus e pulis semper refertus: & quia, ut libet, uesci uolentibus licet, nātōv τρόπων appellant, & quæ passim apposita sunt, affirmant nasci subinde diuinitus. Est lacus, quo perfusi corpora, quasi uncta pernitent, bibitur idem, adeò est liquidus, & ad sustinenda, quæ incident, aut immituntur, infirmus, ut folia etiam proximis decisisse.



decisa frondibus non innatantia ferat, sed paſſim & penitus accipiat. Sunt & ſeuifſimæ feræ, omni colorē uarij, Lycaones, & quales accipimus Sphingas, ſunt miræ aues cornutæ, Tragopanades & equinis auribus Pegasi.


Ceterum oras ad Eurum ſequentibus nihil memorabile occurrit, uasta omnia, uastis præcifa montibus, ripæ potius ſunt, quam litora. inde ingens & ſine cultoribus tractus: Dubium aliquādiu fuit, eſe ſēme ultra pelagus, caperēne terra circuitum, atque exhausta fructu ſine fine Africa ſe extenderet. Vetus ſi Hanno Carthaginensis exploratum miſſus à ſuis, cum per Oceani oſtia exiſſet, magnam partem eius circumuectus, non ſe mari, ſed commeatu deſeffe memoratum retulerat: & Eudoxus quidem a horum noſtrorum tēporibus cum Latyrum regem Alexandriae profugeret, Arabico ſinu egressus, per hoc pelagus, ut Nepos affirmat, Gades uſq; peruenit, ideo eius oræ nota ſunt aliqua.

Sunt autem trans ea, quæ modo deſerta diximus, multæ gentes multi populi, & quibus pro eloquio nutuſ est: alijs ſine ſono lingue, alijs ſine linguis, alij labris etiam cohærētibus, niſi quod ſub naribus etiam fiſtula eſt, per quam bibere auent: ſed cum inceſſet libido ueſcendi, grana ſingula frugum paſſim naſcētiū abſorbere dicuntur. Sunt quibus ante aduentum Eut-

doxi adeò ignotus ignis fuit, adeoq; usus mirum illi
modū placuit, ut amplecti etiam flamas, & ar-
dentia sinu abdere, donec noceret, maximè libuerit.

Super eos grandis litoris flexus grandem insu-
lam includit, in qua tantum fœmimas esse narrant
toto corpore his jutas, & sine coitu marium sua spō-
te fœundas, adeò asperis efferisq; moribus ut que-
dam contineri, ne reluctentur, uix uinculis possint.
Hoc Hanno retulit, & quia detracta occisis coris
pertulerat, fides habita est. Ultra hunc sinum monte-
altus, ut Græci uocant, Θεᾶς ὁ χρυσα περpetuis igni-
bus flagrat: ultra montem uiret collis longo trac-
tus, longis litoribus obductus, unde uisuntur patentes
magis campi, quam ut prospici possint. Panum, sa-
tyrorumq; hinc opinio causæ fidem cœpit, quod cū
in his nihil culti sit, nullæ habitantium sedes, nulla
uestigia, solitudo in diem uasta, & silentium uastis
uis, nocte crebri ignes micant, & ueluti castra latè
iacentia ostenduntur, crepant cymbala & tympana,
audiunturq; tibiæ sonantes maius humanis. Tu-
rurus ethiopes, nec tam dites, ut hi, quos dixi-
mus, nec ita corporibus similes, sed minores incul-
tiq; sunt, & nomine Hesperio.

Nili fons. In horum finibus fons est, quem Nili esse aliqui-
bus credibile est, Nuchul ab incolis dicitur, & uia-
deri potest non alio nomine appellari, sed à barba-
go org



to ore corruptius, alit & flumen, & minora quidem, eiusdem tamen generis animalia gignens alijs omnibus in Oceanum uergentibus, solus in mediam regionem ad orientem abit, & quò nam exeat incertum est. Inde colligitur Nilum hoc fonte conceptum, actumq; aliquandiu per inuia & ideo ignotum, iterum se ubi ad Eoā processerit, ostendere, certum spacio, quo absconditur, effici, ut hic aliò cedere, ille aliunde uideatur exurgere. Catoblepas nō grandis fera, uerū grande & pergrande caput & grē sustinens, atque ob id in terram plurimum ore conuersa, apud hos gignitur, sibi uim singularem misgit etiam referenda, quod cum impetu morsuq; nihil unquam sauiat, oculos eius uidisse mortiferum. Contra eosdem sunt insulæ Gorgones, domus (ut aiunt) aliquando Gorgonum. Ipse terræ promontorio, cui eau sp̄as nomen est, finiuntur.

ATLANTICI MARIS ORA, ET INSULÆ.



Nde incipit frons illa, quæ in occidente uergens, mari Atlantico abluitur. Prima eius Aethiopes teneunt, media nulli. Nam aut exusta sunt, aut hanc renis obducta, aut infesta serpentibus. Ex uscis insula

lae apposite sunt, quas Hesperidas tenuisse memora-
tur. In harenis mons est satis de se consurgens, hec
rum incisis undiq; rupibus præceps, inuius, & quo
magis surgit, exilior: qui, quod altius, quam cœpici
potest, usq; in nubila erigitur, cœlum & sydera non
tangere modo uertice, sed sustinere quoque dictu
est. Contra Fortunate insule abundant sua sponit
genitis, & subinde alijs super alijs innascentibus ni-
bil sollicitos alunt, beatius quam aliæ urbes excula-
tæ, una singulari duorum fontium in genio maximè
insignis, alterum qui gustauere, risu soluuntur in
mortem, ita affectis remedium est ex altero bibere.
Ab contractu, quem seræ infestant, proximi sunt Hi-
mantopodes, inflexi lentis cruribus, quos serpere
magis quam ingredi referunt, deinde Pharusij, alia
quando tendente ad Hesperidas Hercule, dites, nuc
inculti, & nisi quod pecore aluntur, admodum in-
opes. Hinc iam lætiores agri, amoeniq; saltus, Teros
et & Berini ebore abundant. Nigritarum Getulon-
rumq; passim uagantium ne litora quidem infœcun-
da sunt, purpura & murice efficacissimis, ad tin-
gendum, & ubiq; quæ trinxere clarissima.

Reliqua est ora Mauritaniæ exterior, & in finis
sui fastigiantis se Africæ nouissimus angulus, iisdem
opibus, sed minus diues: ceterum solo etiam ditior,
& ideo fertilis etiam, ut frugum genera non cum sea-
gentur,

rantur, modò benignissimè procreet, sed quædans
 profundat etiam nata. Hic Antæus regnasse dicitur,
 & signum quod fabulæ clarum prorsus ostenditur,
 collis modicus resupini hominis imagine, iacentis
 illius (ut incolæ ferunt) tumulus, unde ubi aliqua
 pars cruta est, solent imbres spargi, et donec effos-
 sa repleantur, eueniunt. Hominum pars sylvas fre-
 quentant minus, quam quos modò diximus, uagi.
 Pars in urbibus habitant, quarum ut inter paruas
 opulentissimæ habentur procul à mari, Gildano,
 Dulbritrania: propius autem Sala & Lixo flumini
 luxo proxima. Ulira est colonia & fluuius Gna:
 & unde initium fecimus, Ampelusia in nostrum
 iam fretum uergente promontorium, o-
 peris huius, atq; Atlantici li-
 toris terminus.

FINIS.

C 3 ANNO-

ANNOTATIO
NUM IN POMPONII ME-
LAE SEPTEM PRIORA CA-
pita, Fragmentum. Io. Oporino Ty-
pographo clariss. authore.

PROCEMIVM.



Orbis situm.] Propri-
tio plane poëtica, qua do-
cilem statim lectorem fa-
cit. Sic Italicus, Ordior are-
ma quib. coelo se gloria tol-
lit Dardanidum. Impedi-
tum opus.] At-

tentio, à diffici; id quod ipso etiam uerbo Aggre-
dior significat.

Facundiae minime capax.] Beneuolen-
tia à sua persona, sicut mox, si non ope ingenij os-
rantis. **Constat enim.**] Ratio, cur impedi-
tum & facundi e nō capax opus. **Longa ma-**
gis quam benig. mat.] Id est, fastidiosa ma-
gis, quam iucunda tractatio. **Aspici cognos-**
sciq.] Beneuolentia à reipsa. Nam & oculos ins-
pecta orbis descriptio iuuat, & animum ad altiora
ga nunc

ad mirè instruit. Ope ingen.orantis.] quia
facundiæ non capax opus. Orantis autem, describē-
tis, aut referentis. Operę attendentium.]
studio ac industriæ sedulo in hoc incumbentium re-
pondeat. Nunc autem.] Docilitas cum at-
tentione. Totus.] Orbis uel vniuersi τόποι.
Plin.de Mundo: Totus inquit, est in toto, ino uero
ipse totum. Primo igitur summatim totum mundū,
dein singulas eius partes ordine. Intra.] ad si-
nus, ac maria mediterranea, quæ conimentem sub-
intrant. Extra.] Oceanū uersus, quo tota ter-
ra ambitur.

IN CAPVT I. DE MVNDI DIVISIONE, SCHOLIA



Vicquid id est.] Quasi dicat
quantumcumq; in eo, quid aut quale
sit, à philosophis disceptetur, quod
furorē Plinius uocat. Cui mun-
di.] Plin. 2. cap. 1. Mundum, & hoc, quod nomi-
ne alio cœlum appellare libuit, cuius circūflexu te-
guntur cuncta. Mundum autem propriè cœlum uo-
cari, Macrob. quoq; probat in 2. de Som. atq; hic
facit Plinius cap. 4. libri 2. Vnum.] contra De-
mocritum & alios, qui infinitos esse mundos credi-
derunt.

104 ANNOT. IN POMP. MEL.
derunt. Plato unū afferit in Timaeo, τότε δορυφόροι οὐκ
οὔθεως ἐν τοῖς ἀρχαῖς πλανηταῖς καὶ πόλεσιν
πεπείρας λέγεται λίγος οὐθότορος; ἐνατέ, εἴπορι
τὰ πάντα γε ματαία σεμναὶ σεργυμένοι. — Εἰς τούτον τὸν
τοῦ πολεμοῦ πάντας, ὅποσα νονταὶ λόγοι, καὶ
εἴτε τοῦ πλανήτου μόνον αὐτὸν ποτε εἴη. Eadēnt Cicero
in lib. de universitate, ad uerbum, et alibi uni-
uersum hunc mundum unam et communem cultu-
tem Deorum atque hominum existimandam dicit. Plinius.
Furor est, inquit, innumerabiles tradidisse mundos.
Cuncta amplectitur.] Plinius. Extrā, intrā cū-
cta complexus in se, idemque rerum naturae opus, et
rerum ipsa natura. Partibus differt.] quatuor mundi cardines intelligit, quas et plagas et li-
mites vocant. Gell. 2. cap. 22. Sublimis.] Intra-
ri, quo cingitur, eminens. Plinius 2. cap. 66. Duo
hemisphaeria.] arctoum alterum, alterum atri-
strinum. **Zonis quinq[ue].**] scilicet arctica frigida,
æstivali temperata, æquinoctiali torrida, hy-
mali temperata, Australi frigida. Macrobius. Somnij
Scip. 2. c. 5. Martian. lib. 6. Strab. lib. 2. Plinius 2. ca.
68. Cleomedes. lib. 1. Ouid. Metamorph. 1. mira elo-
gantia cœli ac terra Zonas sic complectitur. Utque
duæ dextra cœlum, totidemque sinistra Parte secant
zonæ, quinta est ardenter illis:
Sic onus inclusum numero distinxit eodene

CHRI

Cura dei, totidemq; plagæ tellure p̄emuntur.

Quarum que media est, non est habitabilis æstu,

Nix tegit alta duas: totidem inter utramq; locauit,

Temperiemq; dedit mixta cum frigore flamma.

Tibullus lib. 4. ad Messalam, partes uocat: Nam circumfuso inquit, consistit in aëre tellus. Et quinq; in partes totas disponitur orbis, Atq; duæ gelido ua-stantur frigore semper. At media est Phœbi semper subiecta calori. Fertilis hanc interposita est, interq; rigentes, Nostraq; & huic aduersa solo pars altera nostro: Verum non pariter.] Antichthoni bus enim omnia nobiscum contraria sunt, exceptis si qui sub æquatore habitant. Verum de his, ut cæteris omnibus, doctissimè **VADIANVS** cuius in **IOACH. VA** hunc autorem lucubrations ut diligenter legere u= **DIANVS.**

tilissimum, ita iudicium sequi tutissimum arbitra-
mur. **Antichthones.**] ijdem etiam Antipo-
des dicuntur, quod uestigia sua nostris obuertant:
& Antichthones, à contraria nobis terræ parte in-
habitata, quamquam hic Antœcos etiam Antichtho-
num nomine intelligat: qui non contrariam, ut An-
tipodes, sed diuersam austrini lateris terram inco-
lunt, quib. nostri Periœci Antipodes sunt: quemad-
modum eruditæ à **VADIANO** demonstratū est.
Illijs.] Antœcorum et Antichthonum nostrorum,
quam byzalem temperatam diximus. Inco-

G 5 gnito.]

108 ANNOT. IN POM. MEL.
gnito.] Contrarius igitur sibi Mela est, cum alterius
orbis temperati primam Taprobanem insulam
esse Hipparchi testimonio affirmat lib. 3. hic inco-
gnitum eius situm dicat. Vide Plin. lib. 6. cap. 22.
Huius.] nostræ tēperatae aestuatis. Quia sic
iacet. Iea forma quam habet, in longum quam la-
tum porrectior est. Ambitur omnis Oce-
ano.] Non omnis, neq; enim inhabitari posset, si
undiq; mari cingatur, sicut etiam supra dixit. vide
Plin. 2. cap. 45. & 46. Maria.] Sic vocare
propter uastitatem, quam sinus, maluit. Lege Vadie-
ani Epitomen sectione 6. Vnum à septen-
trione.] Hircanum, quod & Caspium. A' me-
rid. duo.] Persicum & Arabicum. Quar-
cum ab occasu.] Mediterraneum, sive At-
lanticum, quod & Gaditanum. de hoc Plin. 3. ca. 1.
& lib. 4 cap. 12. Solin. ca. 22. Primo angu-
stum.] ubi terras aperit, à columnis Herculis: ut
de fretum Herculeum, Græcis uero Porthmos dicte-
tur, teste Plin. & Strabone, de cuius irruptione Plin.
ii. 2. cap. 90. Decem millibus.] idem Plin.
in prologo tertij. Abigit.] dispescit & arcet.
Prope coëuntibus.] Hic nisi quis tabulam
quas uocant Cosmographicas diligenter inspiciat,
frustra omnes omnium in huiuscemodi commenta-
tiones euoluerit, & planè, quod aint asinus ad ly-
ram

Nam sederit. In arctum.] Hellefonti fauces intelligit, quarum latitudinem Plin. septē stadiorū esse dicit, lib. 4. cap. ii. Modice admodum. In Proponide. Modice autem, relatione ad Euxinum & Gadicatum. Quām fuit.] in Hellefonti faucibus. Arctius exit.] per Bosphori Thracij angustias (quæ quingētorum tantummodo passuum interuallo Asiam Europæ auferunt, Plinii li. 4. cap. 3. & ad finem li. quinti: aut quinque stadiorum, Straboni lib. 7.) in Euxinum, ingens iterum mare, funditur. Paludi. I. Maeoticæ. Exiguo ore.] Bosphoro Cimerio. Nostrum mare.] quasi dicat Europæum, unde & internum, sicut Græcis ή εσω θάλασσαι uocatur. Angustias introitumꝝ.] Incipit nunc, que hactenus dixit, exponere. Nos fretum.] à seruendo, siue undarum fremitu, Varroni. Πορθμόν] quasi dicat traiectum, siue terræ inclusam uitriq; maris angustiam: παρά με, ουφίγεον θάσος ccv. Suid. Alia alijs locis cog.] De diuersis huius nominibus, prout diuersas terras aluit, Plin. lib. 3. ca. 5. ferè ad finem. Helleponsus.] quo Aegeum à Propontide separatur, ut uidere est in parua Asia tab. apud Ptolæmeū, ab Helle Phryxi sorore in eo submersa, ut Ouid. fast. 3. describit. Propontis.] inter Hellefontum & Euxinum

ET ANN. IN POM. MEL.
Euxinum, Thraciae ac Bithyniae littoribus cincto.
¶ quod ante Pontum sit, dicta. Bosphorus
Thracius.] hic est ad Byzantium, ab iüs in bo-
uem mutatæ traiectu: uel à bubus meabili transi-
tum uocatus, Plin. lib. 6. cap. 1. Euxinus.] di-
citur etiam mare Ponticū, de quo alibi. Cimme-
rius Bosphorus.] os est Maeotidis, dictum ua-
lunt, uel à Cimmerio oppido, ut Plin. lib. 6. cap. 6.
uel à Cimbris, quas Cimmerios Græcè uocant, teste
etiam Plutarch. in Mario: quod eò usque errando
peruenerint. Strabo lib. 7. Maeotis.] sic dicta,
à philosophis Maeotis, per eius oram ad Tanain us-
que incolentibus. Plin. lib. 4. cap. 12. Strab. II.
Tanai & Nilo.] de his alibi. Vniuer-
sum.] sc. quantum orbis nostræ temperatæ inhac-
bitatur. In medium ferè.] imò in Maeotidis
extimum angulum. Ex diuerso.] à meridie
septentrionem uersus in Mediterraneum. VI-
tra.] s. fretum hoc, & flumina iam dicta.

ASIAS DESCRIPTIO. Cap. II.



Ribus hanc.] Eadem Plin. lib.
6. cap. 13. Perpetua.] non ins-
terrupto sinubus, sed cōtinuo tractu:
quod mox inquit, solida. Quan-
tum

tum Europ. & Afric.] Maior tamen hodie
illarum cum mediterraneo latitudo cernitur. Sed
etiam strabo Africam Europæ coniunctam non æquare
Asia scribit li. 17. de propria uero huius apud uete-
res mensura, Plin. lib. 5. cap. 27. ad finem. Soli-
da.] quia nusquam ita angustis faucibus irrumen-
tibus Oceanus illic sinus facere, sed curuare tantum
littora uidetur. Tam lata quam fuerat.]
Aliter habere, tabulas inspiciens facile liquet.
Nostris æquoribus.] Aegeo, Hellefponso,
Propontide, Euxino, Maeotide. Ad Nilum.]
quia uersus Meridiem, quâ Nilus labitur, altero cor-
nu Africæ: altero Septentrionem uersus qua Tanai-
is, Europæ confinis, extenditur: medium uelut fron-
tem mare nostrum coërcet, id quod iam oram eius
Nili tractu ad Tanaim usq; describens, pulchrè ex-
pli cat. In pelagus.] medierraneum. Si-
cuit illud.] secundum Syriae maritime flexum,
ad Amanum usq; montem. Venienti obui-
ani. In mare nostrum, tanquam repulsata, procur-
rens. Ambitu.] flexu Issici sinus, atq; inde ab
Amano usq; ad Cariae angulum: unde se Aegeo ob-
iiciens ad Hellefponi fauces protenditur. Quæ om-
nia tabulis adhibitus longe melius, quam cuiusquam
alioqui explicatione intelliges. Ad Bospho-
rum.] Thracium. Ad Ponticum.] et uia
ni siue

HIS ANNOT: IN POMP. MEL:
ni siue Ponti regionis & Cappadociae littora: unde
per Colchidis extrema ad Maeotidos fauces excus-
rit. Eam.] Maeotida. Ripa fit.] propriet-
nam ut maris littora, ita ripæ fluminum dicuntur.
margo utriq; commune est. Quid. Metamorph. 4:
de fluminum in mare excursu. Campoq; accepta
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.
In ea.] scilicet qua orientem uersus à Tanai pro-
ducitur. Seres.] de his plin.lib. 6. ca. 17. in
ter Scytharum gentes. Strab. 15. Solim.cap. 63.
Eoæ partis.] Asia in orientem extensæ.
Indi & Scythæ ult.] Indi quidem orientem
& meridiem uersus, Scythæ ad Septentrionem, in-
terq; hos medij Seres. Nisi ubi æstus.] Ca-
lores Solis, quia sub æquinoctialem excurrunt.
Nisi unde frigoribus.] ub Arctico. A-
riane.] de hac regione Plin. 6. cap. 23. Strab. lib.
15. unde Ariani, qui se extendunt à montibus ad Ge-
drosiam usq; & Carmaniam, idem li. 2. Aria.]
Hanc alij eandem cum Ariana faciunt. Strabo li. 15.
diuersam. hinc enim Arij dicuntur, sicut inde Ari-
ani. Plin. 6. ca. 25. de Parthia: Habet, inquit, ab or-
tu Arios, à meridie Carmaniam & Arianos: Et
Huius fluuiū etiam Arium dicunt. Porro quam sit
fertilis Aria, uide Strab. lib. 2. & 11. Gedro-
sis.] Plinius quatuor Satrapias facit, Gedrosos, Ard-
chotans.

ēhotas, Arios, Paropamissadas lib. 6. cap. 20. Arias
his etiam coniungit lib. 12. cap. 8. & lib. 9. cap. 3 &
Gedroſi, inquit, qui Arbin amnem accolunt, & c. di-
titur etiam Gedrosia, & Gedrosij, Ptolemeo, Ste-
phano, Straboni 15. Persis.] ea Carmania ad-
beret, de qua Strab. 15. Plin. 6. cap. 25. Solin. 68.
Volaterr. lt. 12. complura. Huius appellationē He-
rodotus ad Persem Persei ex Andromeda filium re-
fert, lib. 7. Illum alterum?] Arabicum.

Scythis proximi.] Orientalibus scilicet. Nam
& ipſi Cappiſi, ſine Caspiani inter Scythas numeran-
tur, de quibus inſra lib. 3. Ultra Amazo-
nes.] extra Caspium, uersus Sarmatiam Asiaticā.
vide 2. tab. Afie. Hyperborei.] ſupra Aqui-
lonem ſiti, unde & nomen habent. Plin. lib. 4. cap.
12. & lib. 6. ca. 13. de Scythis: Extra eos, inquit, ul-
traq[ue] aquilonis initium, Hyperboreos aliqui poſu-
ere, pluribus in Europa dictos. Herod. nullos eſſe
Hyperboreos putat, quemadmodum, neq[ue] Hyperno-
tios, lib. 4. de quo uide etiam Strab. lib. 1. Diodor.
3. de gest. antiq. Gandari.] Horum regionem
Gandariden uocat Strabo, quanquam Gandaridas
alij in India ponunt, quorum ciuitas Gandara, Ste-
phano. de his & Plin. 6. cap. 16. Paricani.]
alij Pariani, meminit horum Herod. lib. 2. & 7.
Stephā. Παρικανοί, παριλις προσειν, τὸ εἴθινον.

783

112 ANNOT. IN POMP. MEL:
wæpinawios uænæinawos. Bactri.] Quod
rum oppidum Zariaspe, quod postea Bactrum à filio
mine appellatum est. Plin. 6. cap. 15. & 16. Strabi-
us 11. Horum Smaragdi maxime commendantur Plini-
o 37. cap. 5, meminit & lib. 31. cap. 7. Susi-
ani.] Plin. Susianam regionem uocat, in qua ues-
tus regio Persarum susa, à Dario Hystaspis filio co-
dita. 6. cap. 27. & cap. 34. Strabo Susiam appelle-
lat, & Susios, qui Cissij etiam dicti sunt. idem He-
rod. lib. 5. Pharmacotrophi.] Quod uen-
nenis nutriantur, quæ Græci Pharmacæ uocant. pli-
nius, Ab eo tractu gentes Ochani, Chomari, Berdri-
gei, Pharmacotrophi, Bomarei, Coamani, &c.
Rophanes.] Nulla horum apud alios mentiō-
quod equidem legerim: sicut neque ceterorum alii
quot. id quod minimè mirum est, cum nulla alia in
parte maior sit ob innumeras uagasq; gentes auto-
rum inconstantia, & ipse etiam Plinius queritur;
quanquam Rhaphane quidem inter Medorum op-
pida dicatur etiam Plinio, alij Celefyriae Rapha-
nan adnumerant. Daphæ.] Plin. Celeberrimi
eorum Sacæ, Massagetæ, Dahæ. Herod. lib. 1. Da-
hos inter Persas numerat, sicut & Mardos. Stephan.
Dæce, στρυβηκὸν ἔθνος. οἱσι δὲ νόμεα δος, Λε-
γονται uænæslæσæ, μετὰ τοισ. Hos etiā spar-
mos dictos refert lib. 11. Strabo. Comari.]
Chomari

Chomari Ptol. & Plinio, Margianis uicini, à Bas-
triane oppido Chomara. Massagetae.] De
his mira quædam Herod. in primo, ad finem Strab.

^{11.} Cadusij.] Plin. Aorsi, Gelæ, quos Græci
Cadusios appellauere. Strabo autem de Täuro lo-
quens: Septentrionales, inquit, eius partes primo
habitant Gelæ, Cadusij, Amardi, & Hyrcanorum
quidam, &c. Hyrcani.] De his alibi. Hi-
beri.] Iberi alijs, et Iberia, Themiscyræ regionis;
Plin. cap. 4. & 20. sexti. Est enim duplex Iberia,
nde πόλες τὰς ἡρακλέας σηλᾶς, ἐν Βιροσπό-
λεις. in dñe ετ σφ' α, πόλες προστάξ δι. Stephan.

Cimmerij.] à quibus Cimmerij montes, & Bo-
phorus Cimmerius, & Cimmerium oppid. Herod.
1. & 4. Cimmeriorum quondam fuisse dicit regio-
nem, quam nunc Scythæ incolunt. Idem Strab. II.
Plutarch. in Mario. Plin. de Arimphæis cap. 13.
6. Ultra eos plane iam Scythæ Cimmerij, Cisian-
i, Georgi, & Amazonum gens. Eniodchæ.]
Stephan. ex Strabone: ἦνιοχεῖα, χώρας
μιοχοί. Stephan. ex Strabone: ἦνιοχεῖα, χώρας
μιοχοί.

Georgi.] hoc est, Agricolæ siue aratores, ut qui
dam uocant ex Herod. Strabone. Hos à Nomadi-
bus Panticapi amne distinguit Plin. 4. cap. 12.

Moschi.] Horum tractum Plin. ad Iberum am-

Hem ultra Colchicas solitudines constituit, à quibus

ET 4 ANNOT. IN POMP. MEL.
Moschici montes, & Moschica regio, Straboni: qui
eam tripartitam facit. Nam partem, inquit, habent
Colchi, partem beres, partem Armenij. Corsi-
tæ, Phoristæ.] Ptolemeus Cooræ ex Coree re-
gionis, item Phore hoc tractu meminit: ubi May-
dorum etiam. Verum an hoc aliquid faciat, aliorum
estō iudicium, de Riphacib. apud alios nihil quicun-
quam reperio. Mardi.] Herod. inter Noma-
des Persas numerat, Strabo finitimos Persis facit.
Plin. Ab huius excelsis, inquit, per iuga Caucasi pro-
tenditur ad Bactros usq; gens Mardorum, sacer, sui
iuris & c. 27. de Sufianis: Supra eos, inquit, patent
Parthusi, Mardi, & Saitæ. Idem tamen Achæi &
Corcetis Mardos iungit, c. 6. sexti. Antabarani
Plin. Antiarani, uel ut alij Antariani. Medi.]
supra Persas & Assyrios ad Aquilonē Cassio pro-
ximi, Herod. 4. Horum caput Echatana Plin. 6 ed.
14. & 26. Armenij] Medis occidentales sunt,
de Armenia utraq; maiore scil. & minore Plin. 8.
& 9. ca. lib. 6. Cissijs & Cilicibus & Matienis con-
fines facit Herod. li. 5. Comageni.] post A-
manum montem & Ciliciam, quorum caput Samo-
sata, Straboni 15. Plinio 5. cap. 24. de Murranis
& vegetis nulla apud alios mentio. Cappa-
doces.] Hos quondam Græci Syros, & Leucozy-
ros uocarunt, Cilicie & Pbyrgie uicinos, Herodo-
to lib.

lib. i. & 5. Cappadoces autem uel à Nini filio
Cappadoce dictos uolunt, uel ab eiusdem nominis
amne, Plin. 5. cap. 3. Strabo libri 12. initio.

Gallogræci.] Proximi Cappadociæ ad occa-
sum, quorum caput quondam Gordium, Plin. 5. ca-
ult. Liu. 8. Decad. 4. eam regionem post longos er-
tores occuparunt Galli, unde Galatia & Galatæ
quos dicuntur. Trifariæ eos diuidunt in Trocmos
sive Trogimos, Tolistobogos, & Tectosages. Strab.
12. Stephan. γαλατας. περισνότους παφλας
γοσιρ. ἀκραγανη κελικη γαλατων: &c.

Lycaones.] inter Taurum & Cappadociam,
Galatæ contermini. Plin. 5. ca. 27. Steph. λυκαι-
νια, χώρα λυκίας τε νησιὶ σαρπίας: &c.

Phryges.] His Macedonibus quondam Bryges
vocabantur, teste Herodoto li. 7. à Brygibus scilicet
europæis oriundi, Plimio 5. cap. 32. Bregi uero &
Breges, Straboni 12. quorum fines determinare, si-
cuit Myisorū quoq; difficile esse, ueteri etiam prouer-
bio testatum, idem eodem libro & 13. refert. diui-
dunt tamen in maiorem & minorem. Pisidæ.]

Hij inter Lycaones & Isauros siti sunt Plimio 5. ca.

37. Stephanus etiam Solymos prius dictos testatur.

Isauri.] Horum & oppidum, & regio Isauria
traditur, & Isauros Ciliciæ arx, Floro. Strab. 12.
Lycaonia, inquit, est etiā Isaurica Taurum uersus;

deinde Isauria: &c. ab hac regione Latronibus res
purgata, P. Seruilius Isaurici cognomentum for-
titus est, eodem teste: & Plutarcho, Liuio, Valerio,
Floro, & alijs. Lydi.] De his complura Herod. li.
1. qui à Lydo Atys filio dictos ait. cū Maeones an-
tea vocarentur. idem Plin. 5. cap. 29. Strab. 12. &
13. Syrocilices.] Hos Trachiotas Strabo no-
cat, hoc est, Cilicie Tracheæ (quæ & Trachitis) in
colas, quæ extra Taurum Syriae contermina est.
Ex ijs.] Locis. Eadem gentes.] Syri.
Fuit enim Syria quondam terrarū maxima, & plu-
ribus distincta nominibus, ut Plin. refert 5. cap. 12.
Interiora littora. Iscilicet habitat. Parthi]
De horum origine, nomine, & situ, multa Iustinus,
lib. 41. Plin. 6. cap. 25. Plutarch. in Crasso. Appian.
in Parthico, Raphaël Volater. in Persia, alij alibi.
Affyrii.] Persis ac Susianis iuncti. Ita enim Baby-
loniam, & maximam finitimæ undique regionis par-
tem vocant, cuius etiam Aturia est & Adiabenæ,
Strab. 16. alij Euphrate à Babylonij dividunt. He-
rodot. à Græcis Syrios vocari, Barbaris autem As-
syrios, inter quos sunt etiam Chaldaei, li. 7. autor est.
Plin. Adiabenæ ante Assyriam dictam, 5. cap. 12.
Iustin. lib. 1. Imperium (inquit) Affyrii, qui postea Sy-
rii dicti sunt, annos M. C C C. tenuere. Idem Dio-
dar. lib. 3. qui annos tamen adhuc L. X. adiicit. Iou-
sephus

Iephus lib. I. antiquit. ab Assure Noëos nepote, As-
 siriam dictam tradit, cap. 14, qui Ninum etiam ci-
 nitatem condiderit: paulum uero infra ca. 23. à Su-
 rim, Abrahæ filio. Babylonij.] supra sinum
 Arabicum, Aquilonem & Orientem uersus, quan-
 quæ Arabiae deserta, Babylonica uideatur tribuere.
 Super Aethiopas.] Iude 3. & 4. tab. Africæ,
 & paulo post cap. 4. Arabia.] Petreæ. Se-
 quentia littora. Iude 4. Asiæ tabulam. Ab
 ea.] Arabia Petreæ. Flexum.] Ißicisinus.
 Quem supra retul.] Cum ait, Et primum se-
 ingenti ambitu incuruat &c. Syria.] Palæstî-
 nam & Phœnicem intelligit, quæ propriè Syria di-
 citur, Plinio lib. 5. Strabo 16. ad Septentrionem Ci-
 licia & Amano monte terminat, ortum uersus Eu-
 phrate & Arabibus Scenitis, ad austrum felici A-
 rabia & Aegypto, uersus occasum Aegyptio pela-
 go Ißicum usq;. verum de hac infra cap. 11. sicut
 alijs etiam ordine. Troas.] De hac in Aeolide.
 Circa pontum.] Infra cap. 19. Stephanus.
 πόντος, ιδικῶσο δύσειρος. ρὸ εὐνοὺς, πόν-
 τος καὶ ποντία, καὶ ποντίας, καὶ τὸ λίθης
 ῥέμα, πόντους. De Maeoticis & Sau-
 romatis ad huius lib. pri-
 mi finem.

118 ANNOT. IN POM. MEL.
EVROPAE DESCRI-
PTIO. Cap. III.

Vropa.] De huius laude, situ, partibus, magnitudine, mensura, siue terramine Plin. 3. cap. I. & 4. cap. 23. & 6. cap. 33. Strabo lib. 2. Dictam uolunt ab Europa Agenoris filia, Cadmi sorore: quam Jupiter in taurū conuersus rapuisse, eoq; concubitus præcio donasse traditur, quod eleganter describit Theocrit. Idyll. 20. Ouid. Metam. 2. & Fast. 5. Taurus mit coelū, te Sidoni Jupiter implet: Pars, quæ tuū terræ tertia nomen habet. Et Horat. 3. Ode 27. Vxor inuicti Iouis esse nescis? Mitte singulus: bene ferre magnā. Disce fortunam, tuā sedis orbis, Nomina ducet. Herod. tamen eam opinione ut fabulosam ridet lib. 4. ac nemini mortalium cōpertum esse dicit, neq; an sit mari circumflua Europa, neq; unde hoc nomen acceperit, neq; quis nominis autor extiterit. **Tanaim.**] De hoc & Ponto, & Atlantico infra, de Maeotide iam dictum est. **Britannicum Oceanum.**] à Britannia, maxima eius maris insula dictum, que Albion, tamen prius uocabatur. Plin. 4. cap. 16. & c. 16. Sic ait appellari inter Rhenum & Sequanam, ut lib.

libi aliter: de quo etiam cap. 13. nonnihi idem Plin.
 Ora.] Terminus, qua orientem spectat, formam
 habet littoris, eaq; nihil adeo ab Asie ora dissimilis
 est flexibus quos hic refert: id quod ex tabulis meli-
 us intelliges. Dicit amnis.] Tanais. Bo-
 sphorum.] Cimmerium. Inde.] Occasum
 uersus, ad Gaditanum fretum. Tres maxi-
 mos sinus.] Alij 4 sinus Europe faciunt, ut Pli-
 nius, Martianus, Solinus Pomponius tres tantum:
 sed qui alijs quartus est, oram ipse uocare maluit,
 tres uero reliquos iam describit. Semel ite-
 rumq;.] Oceano Aquitanico & Germanico, ali-
 oqui a quo satis littore ab occasu in ortum Tanaim
 usq; excurrit. Aegeum.] Hic alijs secundus si-
 nus est, quod mare Macedonicum quoq; & Græ-
 ciense, qua Macedonia & Graeciam abluit, uocat.
 Aegeum autem ab Aege scopolu inter Tenedon et
 Chiun, capro speciem referente appellatum. Plin.
 testatur 4. cap. 11. Solin. c. 15. Martianus in Thra-
 cia. Strabo 13. Quanquam idem li. 8. ab Aegis E-
 boicis nomen sortitum uerisimilius esse tradit, alijs
 ab Aegeo Athenarum rege Thesei patre, in eo sub-
 merso, quemad.in Theseo scribit Plutarch. & Ca-
 tull. in Pelei & Tetbidos nuptijs. Sequenti
 in ore.] In proximo recessu. Ionium.] quod
 Graeci in Siculum & Creticum diuidunt, Plin. 4.

120 ANNOT. IN POM. MEL.
cap. II. ab Ione Dyrrhachi filio, sicut à parte Dyrrhachium. Appian. bell. ciuilium lib. 2. Leonicus
marie histor. lib. 1. cap. 28. Interius Adriaticum.] Sic Plin. 3. cap. 26. In eo duo maria, quo
distinximus sine: inferum siue Ionium prima par-
te, interius Adriaticum, quod superum uocant: Et
ab Atria Thuscorum oppido, à quo Atriaticum ma-
re prius, nunc Adriaticum uocatur. Idem 3. cap. 16.
Strab. 5. & Iustin. lib. 20. Adria quoq; inquit, illa
rico mari proxima, quæ & Adriatico mari nomen
dedit. Horat. Adrianum dixit lib. 2. Od. 11.
Thuscum.] Item Etruscum, Tyrrhenum & In-
ferum. Solin. cap. 36. Thuscis, qui & Etrusci &
Tyrrheni Græcis, ut refert Strab. 5. Dionys. Hali-
carnas. 1. Herod. 1. Scythia.] Europea scili-
cket, de qua lib. 2. supra enim de Asiatica. In Ae-
gei partem.] [supra Myrtown. Promis-
net.] scilicet Peloponneso & Epiro. Adri-
tici latus.] scilicet Orientale. In Thusco
intimo.] ubi Ligusticum uocatur & Gallicum.
Rursus Gallia.] Septentrionem uersus.
Nostris littoribus.] A Mediterranei ora, ad
Septentrionalem porrecta. Sarmatas.]
Europæos, sunt enim Asiani etiam,
de his autem alibi.

AFRI

AFRICAE DESCRIPTIO.

Caput IIII.



Frica.] Eadem Libya Græcis, qua Libyco mari abluitur: de cuius situs Plin.lib.5.Strab.2. & de eius ad Europeam atq; Asiam collatione, idem libro 17. Sallust. in iugurthino. Vadian. in Epitome complura dictam uolunt ab Afro Herculis Libys filio, Martian. & Solin.ca.37. uel ab Aphro siue Aphra ab Abraham nepote, filio Madian, cum antea Phuti diceretur: Ioseph. antiquitat.lib.1.cap.12. & 23. Libyam autem, ab indigena quadam muliere: Herod.lib.4. uel ab eius nominis regina, Epaphi filia, matre Busitidis: Bocat. 2. cap. 20. uel denique a Lahabim, filio Nemrod: Ioseph. cap. 12. lib. 1. multa huius nomina refert Stephan. & Plin. ineffabilia esse ait in Praefatione lib. quinti.

Nilo terminatur.] Situm hunc ita Silius describit lib.1. Aestifero Libye torquetur subdita Cancro, Aut ingens Asiae latus, aut pars tertia terris. Terminus huic roseos amnis Lageus ad ortus, Septeno impellens tumefactum gurgite pontum. At qua diuersas clementior aspicit arctos, Herculeo dirimente freto diducta propinquis Europes nis-

122 ANN T. IN POMP. MEL.
det arua iugis: ultra ob sidet æ quor, Nec patitur no-
men pro ferri longius Atlas. Breuior.] Strab.
ho etiam minorem esse ait Europa, uiribus aut mul-
to imparem. li. 17. Huius littoribus.] Ell
ropæ, quia non paulò Europa, quam Africa, longia-
or est, ortum uersus. Longior quam lati-
or. Imò uero latior quam longior: de quo Plin. 6.
cap. 33. Verum in his Lectorem ad Tabulas remis-
imus. Qua ad fluuium.) ad Nili ripam.
Vbi finitur.) Ad Gaditani fauces. Ferti-
lis.) Circa Atlantem, fructibus omnium generum
fronte ita subnascentibus, ut nūquam satietas uolu-
ptatibus desit; Plin. Arenis sterilibus.) In
proverbium etiam abiit, tum Lybica arena, tum as-
rena sterilitas: ut apud Verg. Georg. 2. & Ouid. in
Oenonis ad Paridem epistola, neq; minorem esse da-
renarum per Libyam, quam in mari fluctuum tem-
pestatem, Sallust. etiam in lugurthino testatur.
Sitim coeli.) Ob torridam zonā, cui magna par-
te subest, hinc etiam Vergil. Eclog. 1. sidentes Afros
dixit. de quo Diodorus quoq; lib. 4. Multo ac
malefico.) Idem Strab. li. 2. Herod. 4. Hinc pro-
verb. quoq; semper aliquid noui Africam afferre,
de quo Plin. 8. cap. 15. & 10. cap. 73. Item alterū,
αει φορετι λιθον καικον. Silius: Sed qua se eam
pis squalentib. Africa tendit, Serpentum largo co-
quunt

quitur fœcunda ueneno. Huius rationem ex Medusa fabula reddit. lib. 3. Et Sallust. plures mortalium in Africa bestijs quam morbis interire tradit.

Libycum.) siue Africum: item Punicum, & Aegyptiacum: &c. Pro diuersis quas alluit regionib.

Atlanticum.) ab Atlante monte, quod occidens talern Oceanum uocat Ptolemeus: alijs, magnum mare.

Cyrenas.) & Cyrenaicam. Verum de hac & alijs infra.

Asiae confinia.) Aegyptios & Arabas.

Libyes Aegyptij.) siue Liby-
gyptij, eadem Plim. 5. ca. 7. **Leucoæthyo-**

pes.) Quia minus nigri sunt ceteris interioribus.

Getuli.) Primi ipsi ac Libyes Africæ incolæ, aspe-

ri incultiq; Sallustio. **Perpetuo tractu.**) O-

rientem uersus. **Habent.**) Occupant, incertis

sedibus grassantes, elegans Paronomasia. **Influ-**

enti.) Pelago: hoc est, Africam. **Stringere.**)

Id est, extrema percurrere, sicut mox legere dixit,

Metaphora nautica, pro leuiter ac comminus pre-

ter nauigare. Verg. 2. Aen. Pars cætera Pontum Po-

ne legit: idem 8. **Plano quem flumine**

cernis Stringentem

ripas.

M A V.

M A V R I T A N I A .

Cap. V.

MAURITANIA.) A Mauris incolis, qui
et uamp̄στοι Gr̄ccis dicti : qui ex
India cum Hercule in h̄c loca descen-
derunt. Strab. 17. Sallust. tamen in Iu-
gurth. Medos Hercule, quem secuti fuerant, in Hi-
spania mortuo commigrasse hac cum Persis et Ar-
menijs, tradit: quibus post Libyes coniuncti, paulan-
tim eorum nomen corrūpere, barbara lingua Mal-
ros pro Medis appellantes. Hanc C. Cæsar in duabus
diuisit prouincias. Tingitanam extinam, quæ Bon-
gudiana prius et Sitiphensis: et Cesariensem, Afri-
ce propriem, quæ antea Bocchiana: teste Plin. s.
cap. 2. Vbi utriusq; etiam longitudinem DCC C.
XXXIX. M. Latitudinem uero C C C C.
LXVII. M. passuum facit. Mulucha.)
Plin. amnis Mulucha, Bocchi Masæsylorumq; finis.
Sallust. Getulorum magna pars et Numida usque
ad flumen Mulucham, sub lugurtha erant.
Ampelusian.) Plin. Promontorii Oceanii ex-
tinum Ampelusia nominatur à Gr̄ccis. Numirum
à uitium copia: nam et Strabo racemos Maurita-
nis cubitales et uitem alicubi tantæ crassitudinis
naso

Hasci tradit, ut duo eam homines complecti uix queant. Specus Herculi sacer.) Ob Anteum gigantem illic ab eo uictum, de quo Lucan. l. 4. Hec illi spelunca domus, &c. Videtur esse, quod Empori cum antrum etiam dicitur Straboni, in quo ara fuit Herculis. Tingi oppidum.) Strabo: proxima est oppidum quoddam paruum supra mare. Id Barbari Tinga uocant, Artemidorus Linga, Eratosthenes Lixum appellauit, & contra Gades est D. C C C. stadiorum transitum diremptum. Hinc Tingitana Mauritaniæ exterior pars. Stephan. Tīgī. Τίγης μάρτιας. μαρκιανός ἡ μάρκη ταῖς αὐτοῖς λέγεται. τίγητανος οὖν τὸ εθνός, καὶ θηλυκὸν τίγηταν. Ab An-
tæo.) Idem. Plin. qui à C. Cæsare coloniæ factam, appellatumq; traductam Iuliam dicit. Parma.) Antæi scutum. Elephanti tergere.) Ob du-
biciem eo exerto præmunita. Elephantis enim du-
rissimum dorso tergue, uentres molles: &c. Plin. 8.
cap. 10. Hunc.) Africæ. Illum.) Europæ.
Columnas Herculis.) Plin. 3. in proœmio:
Proxima autem fauibus utrinque impositi montes
coercent claustra, Abyle Africæ, Europæ Calpe, la-
borum Herculis metæ. Quam ob causam indigenæ
columnas eius dei uocant, creduntq; per fossas exclu-
scantes admisisse maria, & rerum naturæ mutasse
faciem.

126 ANNOT. IN POMP. MEL:
faciem. Strab. li. 3. Aliqui columnas, inquit, Calpen
& Abylycen opinati sunt, montem ex Africa pro-
cumbentem: &c. ibi enim de columnis plura.
Diremissæ colles.) Huc pertinet illud Seneca
in Hercules fur. Vtrinq; montes soluit abrupto ob-
ice, Etiam tuenti fecit Oceano uiam. De hoc etiam
Diodor. lib. 5. Ratione huius etiam aliam ex Arist.
adducit Pontanus in Meteoris. Hoc mare quod nunc
ingenti duo littora tractu Europam Libyamq; se-
cat (non fabula) quondam Tellus una fuit: &c.
Paruis oppidis.) Plin. & alias castella fermè
inhabitant. Et paulū infra: Attenuata bellis ad pauci-
corum recedit familias. **Parua flumina.**) Nā
uigabilia tamen, Plinio: ut Tamuda, Lauda, Malu-
ha, Mulucha. Item alia, Isarges, Gensnabades, Sar-
dabala, Ampsaga, &c. Quæ tamen nomina magna
parte corrupta arbitror. **Segnicie.**) Minus ei-
tim bellicosi sunt, ignaviae materiam fertilitate sup-
peditante. De molli autem horum cultu Strab. 17:
Septem, ob similitudinem fratres.) Plin.
ipsa prouincia ab oriente montosa, fert elephantos:
In Abila quoq; monte, & quos septem fratres à si-
mili altitudine appellant, freto imminent iuncti A-
bile, ab his ora interni maris. De ijs etiam Strab.
Martian. Solinus. **Ruficada.**) Huius nominis
oppidum resert in Numidia Plinius. **Siga.**
Ex add.

Ex aduerso Malache in Hispania sita, Syphacis regia. Plin. Cui Magno.) Plin. Ab ea portus Magnus à spacio appellatus, ciuium Rom. oppidū Mulucha.) Molochat, Straboni. Termius.) Huius frequens apud Sallust. mentio.

NUMIDI A. Cap. VI.

Numidia.) Plin. Ab Ampsaga Numidia est, Masinisse clara nomine; Metagonitis terra à Græcis appellata. Numide uero Nomades, à permis tando Papilionibus, mapalia sua, hoc est, domus plaustris circumferentes. Eadem Sallust. Appianus in Præfatione Libyci, Strabo, Herodotus, aliij. Cirta.) Huius multa apud Sallustium mentio est. Plin. A Rusicade, inquit, ad XLVIII. M. pass. in mediterraneo colonia Cirta Sittianorum cognomine. Strab. Cirta Sanasso & successorum regio est in mediterranea, urbs munitissima & optimè struēta cum à ceteris, tum à Micypsa, qui & Cræcos in eam habitatum deduxit, & tantam effecit ut Xe quium, & peditum XX. millia etiam emitteret. Procul mari.) Sallust. aliter: Interim, inquit, haud longè à mari propè Ciritham oppidum utriusque exercitus consedit. Et paulò post: neq; pro-

pli

pter naturam loci Ciritham expugnare potest: &c.
Iol.) Plin. in Tingitana: oppidumq; ibi celeberrimū Cæsarea, antea uocatum Iol, iubæ regia, à D. Claudio coloniæ iure donata, eiusdem iussu deduxit veteranis. Strabo: In hac ora fuit ciuitas quondam nomine Iol, quam cum iuba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine Cæsaream uocauit.

Cartenna, Arsennaria.) Plin. Arsennaria Latinorum oppidum, III. M. pass. à mari: Cartenna, colonia Augusti. De Ampsa, Laturo, Anco, nihil reperire est apud alios. **Sardabale.**) Plin. Flumina, Sardabale, Nabar, &c. **Icosium.**) A Vespasiano imperatore Latio iure donatum. Plin. de hoc etiam Solin. cap. 38. **Vthisia:**) Fortè ea, quæ Straboni Tisifus dicitur. Quanquam in his magna est autorum uarietas: ut non temerè dictum à Plinio sit, populorum Africæ oppidorumq; nomina uel maximè esse ineffabilia, præterquā ipsorum linguis. Atq; hic idem admonet Pomponius, ne in his inquirendis frustrà simus anxijs, cum citra rerū ac famæ dispendium illa posse taceri ait. **Si dem res capit.**) Verum id satis ipsa docet experientia, terras subinde ac maria mutari: atque idem tradit in Meteoris Aristoteles, & Plin. multis in locis. Item Strabo lib. 17. Ouid. i 5 Metamorph. Vis di ego, quod fuerat quondam solidissima terra, Esse fretum:

fretum: uidi fractas ex aequore terras. Et procul à pe-
lago conchæ iacuere marinæ, Et uetus inuenta est in
montibus anchora summis.

AFRICA MINOR.

Caput VII.

Metagonio.) Ab hoc Metagonia
tim uocat Numidiam Plinius. Strab.
vocatur, inquit, præterea & pro-
montorium magnum, fluuius proxi-
mus, et locus aridus ac sterilis, Metagonium: & fere
mons à Cotyis hucusq; protendit. Longitudo à Co-
tyis usq; à Massæsy orum fines est stadiorum V.M.
Metagonium nouæ Carthagini respondet, que est ē
regione. Steph. μεταγωνιον, πόλις Λιβύης. τὸ
ἔβυνον, μεταγωνίτης. Propriè nomen
Africæ.) Plin. A' Tusca, Zeugitana regio, et qua
propriè uocetur Africa est. Hippo regius,
Rusicade, & Tabraca.) Hæc omnia Plinio
ponuntur in Numidia. Strabo: Cirta itaq; hic est,
& duo Hippones, alter Uticæ proximus, alter re-
mierior & Trito propinquus, ambo regiæ.
Deinde tria promontoria.) Plin tria pro-
montoria, Candidum, mox Apollinis aduersum Sar-
dinie, Mercurij aduersum Siciliæ, in altum procur-
rentias

130 ANNOT. IN POMP. MEL.
rentia, duos efficiunt sinus: Hippoensem, proximam
ab oppido, quod Hippoem dilutum vocant, Diarrhy-
tum à Grecis dictum, propter aquæ irrigua: &c.
Diarrhoë.) Quasi dicat irriguo, & palustri
Colo madente. Duo ergo Hippones fuere, Diarrhoës
& regius. De altero Silius & Vaga, & antiquis
dilectus regibus Hippo. alterius idem Plin. memini-
lib. 9. ca. 8. Item Solin. Martianus, alij. **Castra**
Laelia, Cornel.) A' Corn. Scipione & à Lelio
eius legato, qui rem uterque Romanam feliciter ad
Carthaginem gesserunt, dicta. Plin. Corneliorum
tantum meminit, **Bragada.**) Strab. Propter
Vticam, inquit, Bagrada amnis ambitur. **Vtice**
ca.) Ea iuxta Apollinis promontorium sita fuit,
Straboni: magnitudine & autoritate secunda post
Carthaginem, qua excisa & metropolis erat, & re-
ceptaculum Romanorum ad res in Libya gerendam.
Plin. Dein promontorium Apollinis, & in altero
sinu Utica ciuium Romanorum, Catonis morte nou-
bilis: &c. **Carthago.**) Carchedona Græci no-
cant: de qua Sallust. silere ait melius esse, quam pau-
ca dicere. Situm eius eleganter describit li. 6. decu-
dis 2. i. iuius: Strab. lib. ult. Polyb. lib. 1.
A' Phœnicibus conditæ.) Plin 5. ca. 19.
de Tyro loquens: Olim, inquit, partu clara urbibus
genitis, Lepti, Utica, & illa Rom. imperij annulis
terrarum

terrarum orbis auida Carthagine. Sed de hoc aper-
 tius Strabo, Appian. in Libyco, lusin. 18. Vergilia
 us Silius, a. 9. Fato Catonis.) De hoc Plu-
 tarcb. in eius vita, Appian. lib. 2. bell. ciuil. Hircius
 lib. 5. Seneca epistola 25. Valer. Max. 3. ca. 2. Florus
 4. cap. 2. Cic. offic. & Tusculan. lib. 1. Lactan. 3.
 cap. 18. Gell. 13. cap. 18. **Hæc suo.**) Quod à
 Stipione & capta & diruta est, de quo Appian. in
 Libyco. Plutarch. in Scipionis & Cat. Censorij ui-
 ta. Plin. 15. cap. 18. Florus epit. 51. & de gestis
 Rom. lib. 2. cap. 15. Solin. ca. 40. **Colonia.**)
 à D. Cæsare, cum diu deserta mansisset, instauratae
 rursus, missis eò colonis, & ex militibus quicunque
 uellent: Strabo. idem in C. Cæsaris uita Plutarch.
 & de eadem per Gracchum restituta, iunoniaq; di-
 eta, in Graccharum uita. Plin. Colonia Carthago,
 magne in uestigijs Carthaginis. **Aemula.**)
 Plin. 15. cap. 18. Supra omnia quiddam est, quo nō
 bil equidem duco mirabilius, tantam illam urbem,
 & de terrarū orbe per CXX. annos urbis æmu-
 lam, unius ponì argumento euersam. **Iterum**
 opulenta.) Strab. Et nunc quoq; bene habita-
 tur, si qua alia Libyæ urbs. **Hadrumentum.**
 Adrumentum, Plinio. Quanquam & Ha-
 drumentum lib. 6. cap. 34. Adroma straboni.
Leptis.) Atq; ea duplex: minor, que & Sarrand

132 AN. IN POM. MEL. LIB. 1
Silio lib. 3. & maior, quæ ad maiorem Syrtim, Plinio, Strab. Ptolæmeus cādem cum Neapoli facit. S. lust. Phœnices, inquit, postea Hipponeum, Adrumetum, Lep. im, aliasq; urbes in ora maritima condidere, & paulò pōst. Duæ Syrtes, interq; eas Leptis Clupea.) Eadem etiam Aspis Straboni, & Clypea: alijs diuersæ. Silius: in Clypei speciem curuatis turribus & spis. Plin. Et liberum Clupea oppidum in promontorio Mercurij. Idem, huius terræ Scorpiones necare lib. 3. 5. cap. 19. tradit.

Reliqua non extant.

QV0

Cilia

QVO TEMPORE
MELAM FLORVISSE
uerisimile sit, & quæ e-
ius patria.



Omponium Melam Hispanum fuisse
ex Mellaria Bethicae oppido è libro
eius secundo notum est, ubi hæc uer-
ba sunt: In eoq; Carthæa, ut quidam
putant, aliquando Tartessos, & quām transuicti ex
Africa Phœnices habitant, atq; unde nos sumus, cū
gente fræto, Mellaria. Melam autem cognominatū
uel à familia, uel quacunq; ratione alia, magis quam
à patria crediderim, quanquam sint qui conirariū
sentientes, Mellam propterea l. litera gemmata scri-
bant & pronuncient, qui præter hoc, quod doctissi-
morum usu, & uetus orum exemplariū fide redar-
guntur, rationem Grammaticam haud satis custo-
diunt. Nam à patria Mellarius potius dicendus e-
rat, ut huiusmodi dictionis origo postulat. Porro e-
ruditorum authoritas eos, ut cum alijs sentirēt, mul-
tò magis admonere debuit. Quanquam ne non prä-
terit Annæi Mellæ ex Hispania oriundi in decimo-
quinto angustalis historiæ Corn. Taciti mentionem
factam, qui locus credo illos animauit, ut l. literam
in Melæ nomine geminam fecerint. Miror tamē pu-

fare eos posse, eundem ab Hermolao non uisum, qui
 nusquam Mellam, sed ubiq; Melam agnoscit. Sed de
 hoc contendere aliorum est. Multi qui à uero non
 abesse uidentur, Dictatoris eum Cæsaris temporis
 bus floruisse, & illud de situ orbis opus addidisse, cā
 iectura colligunt non obscura ex uerbis suis, que lie-
 bro tertio in Britanniæ descriptione scribuntur: sic legun-
 tur: Britanniæ qualis sit, qualesq; p̄genere, mox cer-
 tiora, & magis explorata dicentur. quippe tamdiu
 clausam aperit ecce principum maximus, nec in do-
 mitarum modo ante se, uerum ignotarū quoq; gen-
 tium uictor, qui propriarum rerum fidem, ut bello
 affectauit, ita triumpho declaraturus portat, &c.
 Ab his tamen ego pariter ut ab illis dissentio, quod
 me non iactationis cuiuspiam, sed ueritatis studio
 cere studiosi sibi uelim persuadeat. Suetonius in Ca-
 sare author est, ante Dictatorem Britanniam populi
 Rom. ignotam, aut ignotos (ut suis uerbis utar) Bri-
 tannos fui se, id quod & ipse Cæsar de se Commen-
 tario quarto belli Gallici scriptum reliquit, in hac
 uerba, Cæsar magno sibi usui fore arbitratus, si Bri-
 tanniam adisset, & genus hominum perspexisset, lo-
 ca, portus, aditus, cognouisset, quæ serè Gallis erant
 incognita, neq; enim temere præter oram maritimam,
 atq; eas regiones, quæ sunt contra Gallias, nota-
 sunt, &c. Quod si Gallis ignota Britannia, quanio
 magis

magis tum Romanis fuit: ut Suetonius uoluit. Quid ergo ante Cæsar's aduentum ex Gallijs certi Pomponius habuit, quod literis demandasset? Verum si ad Cesarem referas, scripsisse hæc Pomponiu ante Cæsar's redditum sua uerba indicant. Porro quorsum il la pertinent, quod Mela ait, Mox certiora & magis explorata dicentur? Nimirum ad alius principis ante se tempora respiciens, magis comperta, quam ante fuerant, per principem suum allatum iri sibi persus sit. Nam & Cornelius Tacitus in Agricola vita Cesarem Dicit, qui hostem terruit, & litoribus potius est, uideri eam ostendisse magis posteris, quam tradidisse ait. Ad cuius sententiam & illa Melæ uerba accedunt. Cæterum, ut adhuc habuimus, inter septemtrionem & occidentem profecta, &c. ut adhuc habuimus, id est, ut è rerum à Dictatore gestarum historia deprehensum est, ita enim intelligo. Verum ne hoc nos moretur, illud apud me pluris æstimatur, quod libro primo Solos Ciliciæ oppidum, Pompeio polim dictum ait, postquam Pompeius id ipsum pīratis è mari pulsis, habitandum tradidit. Quo in loco, longè antea quam hæc scriberet, hoc factum esse satis testatus est, quod recenter locis imposita nomina tardius in tantum usum abeunt, quam insinuari ceteris, quæ nota sunt, usuq; protrita, facile possint. Quid, quod libro tertio in litoris Hispanici ad Se-

ptentriōnem uergentis descriptione, iuxta Asturias
 tres aras, quae Sestianae uocentur, in peninsula sedere
 re, et Augusti nomine sacras esse, scriptum reliquit.
 Nemo ergo dubitet post Augusti tempora Melam
 scripsisse. Nam de Sestianis aris Augusto in hoc lito-
 re sacris Plinius quoq; cap. uigesimo, quarti lib. me-
 minit. Addo quod Cornelij Nepotis li. 3, ubi de Scy-
 thico litore, & ubi de Afriæ interioris locis men-
 tionem facit, tanquam recentis scriptoris meminit.
 Sunt eius libro tertio uerba hæc: Cornelius Nepotus
 ut recentior autoritate, sic certior, &c. Nepotem
 autem Ciceronis familiarem, in Augusti tempora in-
 sta uitæ parte incidisse, ea quæ ipse de Pomponij Al-
 eici uita scripsit, indicant. Quid igitur Melam esse
 vero, non Dictatoris, non Augusti, non Tyberij, non
 Caligulae, sed Claudi Imperatoris temporibus, hoc
 quicquid est operis edidisse, idq; quod Dictatori tri-
 buunt alij, id ego in Britanniae descriptione Claudio
 tribuo, Suetonij, Taciti, & Eusebij haudquam
 aspernabili autoritate motus. Suetonij in Claudio
 uerba hæc sunt: Britanniam potissimum elegit, ne
 que tentatæ ulli post diuum Iulium. & infra: Quidare
 à Massilia Gessoriacum usq; pedestri itinere confe-
 sto, inde transmisit, ac sine ullo prælio, aut sanguini-
 ne, intra paucissimos dies parte insulæ in ditione
 recepta, sexto quam profectus erat mense Romani
 rediit;

redijt, triumphauitq; maximo apparatu. Ad Suetoniū sententiam hæc Melæ uerba accedunt: Quippe tā diu clausam apperit ecce principium Maximus. nec indomitarum modo ante se, uerum ignotarum quoq; gentium uictor, propriarum rerum fidem ut bello affectauit, ita triumpho declaraturus portat, &c. Quod maximum principem Claudium dixit, nihil mirum, nec statim id ad Cæs. Dictatorem retor seris, nam nemo non principem suum maximum nominat. Quod indomitarum ante se gentium uictorem ait, ex rebus gestis fidem habet: nam Orchades insulas, quæ post Britanniam sunt, Romano imperio Claudium adieciſſe, in Chronicis Eusebius testatur. Tū illud quod ait: triumpho declaraturus portat, Cæs. Dictatori non conuenit, quinquies quidem triumphauit Cæſar, at de Britannia, ut Suetonius testis est, minime. Cur enim triumpharet, qui non uicit? Ostendit uero magis posteris Britanniam, quam tradidit. Addo his Strabonis lib. 4. hæc uerba: Diuum Cæſarem bis in Britanniam transisse constat, unde re nulla quidem magnificè gesta, euestigio reuenit, nec longius introgressus insulam, cum inter Barbaros in Gallia, militesq; suos ortæ seditiones essent, &c. At Claudium de Britannis triumphasse, preter Sueton. Euseb. scribit, ubi Britannia maximè nota esse cœpit. Et lib. 15. Tacitus finem belli à

Claudio in Britannis cœpti describēs: Vnde, inquit, fama eius insulæ euecta, et proximas prouincias per uagata, per Italiam quoq; celebrabatur, auebantq; suisere quis ille per tot annos opes nostras spreuifset, &c. Caractum autem intelligit uictum, & in Claudi triumpho, quem iam dicto loco describit Td citus, Romæ ductum. Ideoq; illi Principi, authore etiam Seneca, templum propter apertam rursus insulam propè Camulodunum erectum est. Inde illud Melæ est: Mox certiora magis & explorata dicentur. In dubium uero est Plinio priorem fuisse Melam, cum cum non citarit modò, sed & plerung; uerbæ eius in sua transtulerit Scribit Tacitus (ne quid dignum scitu præteream) Britannæ situm inter ueteres Liuium, qui facta Cæs. Dictatoris secutus est, recentiores autem (ad sua referas tempora) Fabium Rusticum, eloquentissimos authores, descriptissime. Melam ego medium statuo, siue malumus, primum, ex quo & Liuius & Rusticus, in illa sua ingenij sortura cladem paſi sunt. Verum cursim hæc, & eo animo, ut si quis euidentiora adduxerit, libens suis simcessurus.

QVEM

QVEM ORDINEM IN

singulis libris Mela
seruauerit.



Ostquā pelagus nauibus ingressum est audax hominum genus, maritima loca frequentiora, & exculta magis facta sunt, nisi ubi aut frigus, aut calor infestat, his enim multa loca deserta fiunt. Ceterum maximas & potentissimas urbes, penes quas magna rerum imperia & hodie sunt, & olim fuerunt, maritimam esse, aut à mari parum abesse uideamus. Eam ob rem Pomponio cum in animo esset loca stringere magis insignia (multa enim alijs memoria præteriit) à maritimis ordiri, & ut litora procurrunt, ita sequi ea calamo libuit: Oram mediterranei duobus libris, utpote frequentiorem, & notam magis, locisq; memoratu minime indignis, prosequuntur: Tertium librum toti illi, quod terram ab extremitat, litori tribuit: Mira breuitate, & pleno ingenij ordine per omnia usus. In lib. I. post terræ partitionem, & partium summariam descriptionem, à Mauritania orditur, ultima maritimæ Africæ in occasum, & fretum Gaditanum regione. Inde in ortum Asiam uersus egressus, Numidiam, Africam minorem, tractum Cyrenaicum, Aegyptum, Palestimam,

140 DE POMPON. MELAE
Leſtinam, Phoeniciam, Ciliciam, Pamphyliam, Lyce-
am, Cariam, Ioniam, Aeoliam, Phrygiam, Bithynia-
am, Cappadociam, illaq; littora, quæ à Trapezuna-
te iuxta Colchidem in Cimerium Bosphorum excur-
runt, tum oram Maeoticam, & Tanais decursum ad
Rypheos usq; montes, ubi Asia finit, prosequitur.
Secundo lib. inde digressus ripam Tanais, & oram
Maeoticam Europæ, perq; illas, Scythas Europeos
describit, inde à Taurica Cherroneo. Euxini litus
ad Byzantium usque prosequitur, hinc Thraciam,
Macedoniam, Thessaliam, Helladem, Peloponne-
sum, Acarnaniam, Aetoliam, Epirum reliquam, tu-
a fauibus Adriatici iterū Macedonie, hinc Dalmatia-
e, & Illyridis oram, usq; Tergestum, hinc Italiae
gemina litora. post Narbonensem, in le Hispanie li-
tus ad fretum usq; unde cœperat, describit. Inde ad
Tanais ostia reuersus, memoratas in uniuerso medi-
terraneo insulas, ut sitæ sunt, enumerat. Tertio lib.
nostrum mare egressus, oram Hispaniae occiduam,
hinc septentrionalem, ut Oceano abluitur, ita seque-
tur: hinc Galliarum ad Oceanum, Germanie, Sar-
matieq; tractum in Scythica usq; littora, & Cassibile
terras ingredientis fauces describens, gentibus alie-
quot enumeratis, per Eo a littora Indiae ad Gangis
ostia uertitur. Eiusq; percenso maritimo tractu per
Carmaniam, Persas, Arabas, ut oram habitant, in
interiora.

LIBRORVM ORDIN. 14.

Interiora Africæ loca contendit. Ut propè omnibus, ut nota esse poterant, descriptis, in occidentalem Libyæ oram uersus Aethiopas Hesperios, sicut siti sunt in lioris decursu, enumerat: mox in Mauritaniæ finem & promotorium Ampelusiam, unde primo coepérat, terminans, insularum celestribrium Oceani, ut toto ambitu sitae sunt, descriptione adiecta.

F I N I S.

241. M. S. 1. 1. v. 2. fol. 10v.

Wenige Tage vor dem ersten Februar 1803
wurde ich von dem Herrn Dr. J. C. F. Schröder
in der Freien und Hansestadt Lübeck eingeladen
zu einer geselligen Versammlung mit einigen
Freunden des Künstlers und der Naturwissenschaften.
Die Versammlung fand im Hause des Herrn Dr. Schröder
auf dem kleinen Domhof statt. Es war eine
sehr gesellige und interessante Versammlung.
Am Abend derselben wurde ich von dem Herrn Dr. Schröder
und dem Herrn Dr. J. C. F. Schröder eingeladen
zum Abendessen zu Hause des Herrn Dr. Schröder.
Am Abend derselben wurde ich von dem Herrn Dr. Schröder
und dem Herrn Dr. J. C. F. Schröder eingeladen
zum Abendessen zu Hause des Herrn Dr. Schröder.

241. 1. 1. v. 2.

CIVLII SOLINI
IN POLYHISTORA LL
brum suum Præfatio.

IVLIVS SOLINVS AV
TIO SVO S.



VONIAM quidam in patientius potius, quæ studiosius opusculum, quod moliebar interci pere properarunt, idq etiam rūm impositum in medium dederunt, priusquam inchoatæ rei summa manus imponeretur, & nunc exemplaribus corruptis, quæ damnata sunt quasi probata circumferunt, praeteritis, quæ ad incrementum cognitionis accesserunt cura longiore. Ne forte rudis, & imperfecta materia, uelut spectatus à me liber, corpusculum sentētia mea digestum, uenosceres misi. Primo, quod referendus ad industriam tuam fuit tenor dispositio nis. Deinde ut scabræ adhuc informitatis prōditio, editione uera extingueretur.


K E

Erit igitur operi isti titulus Polyhistor.
Nam quem in exordio designaueram scilicet,
Collectanea rerum memorabilium
cum ijs, quæ improbauimus, placuit ob-
litterari. Collata igitur hac epistola cum
ea, quæ auspiciūm scriptionis facit, intelli-
gis eodem te loco habitum, quo eum
cui laboris nostri summa
dedicauimus.

C. IVL

C. I V L I I S O L
NI POLYHISTOR.

QVAE SIT OPERIS, ET
authoris intentio. Cap. I.



V M & aurium clementia, & optimarum artium studijs præstare te cæteris sentiam, idq; oppidò expertus, de benevolètia tua nihil temerè perceperim; putauit examen opusculè huius tibi potissimū dare, cuius uel industria promptius suffragium, uel benignitas ueniam spondebat faciliorem. Liber est ad compendium præparatus: quantumq; ratio passa est, ita moderate repressus, ut nec prodiga sit in ea copia, nec damnoſa concinuitas. Cui ſi animum propius intenderis, uelut fermentum cognitionis magis ei melle, quam bracteas eloquentiæ deprehendes. Exquisitus enim aliquot voluminibus studuisse me compendio fateor, ut & à notioribus referrem pedem: & remotis largius immorarer.

Locorum commemoratio plurimū tenet, in quam

K 2 paro

partē fermē inclinatior est uniuersa materies. Q
 rum commemorisse ita uisum est, ut inclytos terrar
 rum situs & insignes tractus maris, seruata orbis di
 stinctione, suo quoq; ordine redderemus. Inserui
 mus etiam pleraq; differenter congruentia, ut si ni
 bil aliud, saltem uarietas ipsa legentium fastidio mea
 deretur. Inter haec hominum, & aliorum animalium
 naturas expressimus. Addita sunt pauca de arbori
 bus, & lapidibus exoticis; de extimarum gentium for
 mis, de ritu diffsono abditarum nationum. Nonnulla
 etiam memoratu digna, quae prætermittere incurio
 sum uidebatur, quorum authoritas (quod imprimis
 industriae iux & insinuatum uelini) de scriptoribus
 manat receptissimis. Quid enim proprium nostrum
 esse poterit, cum nihil omiserit antiquitatis diligen
 tia, quod intactum ad hoc usque & ui permaneret?
 Quapropter queso te, ne de praesenti tempore edi
 tionis istius fidem libres. Quandoquidem uestigia
 monet & ueteris persecuti, opiniones uniuersas elici
 gere maluimus potius, quam innouare. Itaq; siquid
 ex ipsis, securus quam opto in animum tuū uenerint,
 des uelim infantiae meae ueniam. Nam constantia u
 ritatis penes eos est, quos secuti sumus. Sicut ergo
 hi, qui corporū formas emulantur, postpositis qua
 reliqua sunt, ante omnia effigiā modum capititis, nec
 in membra alia prius lineas destinant, quam ab ipso
 (ut illis)

(ut ita dixerim) figurarum arce auspicium faciant
inchoandi: ita nos quoq; à capite orbis, id est, ab ur-
be Roma principium capessemus, quamvis nihil su-
per ea, doctissimi authores reliquerint, quod in no-
num præconium possit suscitari, ac superuacaneum
penè sit relegere trañitem: decursum tot annalibus.
Ne tamen prouersus dissimulata sit, originē eius, quan-
ta ualemus, prosequemur fide.

DE ORIGINE VRBIS RO-
MÆ, & temporibus eius, de cyp se-
ptem Romanis regi-
bus. Cap. 11.



Vnt qui uideri uelint Romæ uocabu-
lum ab Euandro primum datū, cum
oppidum ibi offendisset, quod extru-
atum ante Valentiam dixerat iuuen-
tus Latina, seruataq; significatione impositi prius
nominis, πόλις οὐαλεντία in Graecè valentiam Latine nomina-
tam, quam Arcades quum in excelsa parte montis
habitassen, deriuatum deinceps ut tutissima urbis
Arces uocarentur. Heraclidi placet Troia capta
quosdam ex Achiuis in ea loco, ubi nunc Roma est,
deuenisse per Tyberim, deinde suadente Romeno-
biliſſima captiuarum, quæ his comes erat, incensis

K 3 nauibus,

nauibus, posuisse sedes, struxisse moenia: & oppis
ab ea Romen uocasse. Agathocles scribit Romen
non captiuam fuisse, ut supra dictum est, sed Asca
nio natam, Aeneae neptem, appellationis istius caus
am fuisse. Traditur etiam proprium Romæ nomē,
ueruntamen uetitum publicari, quandoquidem quo
minus inclaresceret, ceremoniarum arcana sanxes
runt, ut hoc pacto notitiam eius aboleret fides plus
citæ taciturnitatis. Valerium deniq; Soranū: quod
contra interdictum eloqui id ausus foret, ob meri
tum profanæ uocis, neci datum. Inter antiquissimas
sanè religiones facellum colitur Angerona, cui sa
crificatur ante diē. XII. Calendarum Ianuariarū
que diua præsul silēt: ipsius prænexo obsignato
pre simulachrum habet.

De temporibus urbis conditæ ambiguitatū que
stiones excitauit, quod quedam ibi mulio ante Ro
mulum, condita sunt, Quippe aram Hercules, quam
mouerat si amissas boues reperisset, punito Caco, ps
tri muentori, dicauit. Qui Cacus habitauit locum
cui Saline nomen est: ubi Trigemina nunc portæ.
Hic (ut Cælius tradit) cum à Tarchone tyrrhenoi
ad quem legatus uenerat Marsyæ regis, socio Me
gale Phryge, custodiæ foret datus, frustratus uincu
la, unde uenerat rediit, præsidij amplioribus occu
pato circa Vulturenum, & Campaniam regno, dum
attrectare

altrectare etiam ea auderet, quæ concesserant in Ar-
cadum iura, duce Hercule, qui tunc forte aderat op-
pressus est. Megalem Sabini receperunt, disciplinā
angurandi ab eo edocti. Suo quoq; numini idē Her-
cules instituit aram, quæ maxima apud Pontifices
habetur, cum se ex Nicostrate Euandri matre, quæ
duaticinio Carmentis dicta est, immortalem compe-
nisset. Consecptum etiam, iuxta quod ritus sacrorum,
factis Bomicidijs, docuit Potitios. Sacellum Herculis
in foro Boario est, in quo argumenta conuinij *loc⁹ *alij C
te maiestatis ipsius remanent. Nam diuinitus illo maieſ-
tate canibus, neq; muscis ingressus est. Et enim cum
uiscerationem sacricolis daret, Muscarum deum di-
citur imprecatus. Clauam uero in aditu reliquisse,
cuius olfactu refugerent canes, id usq; nunc durat.
Aedem etiam quæ Saturni ærarium fertur, comites
eius condiderunt in honorem Saturni, quem culto-
rem regionis illius cognouerat extitisse. Item C
montem Capitolium Saturninum nominarunt. Ca-
stelli quoq; quod excitauerant, portam Saturniam
appellauerunt, quæ postea Pandana uocata est. Pars
autem infima Capitolini montis, habitaculum Car-
mentis fuit, ubi Carmentis nūc fanum est, à qua Car-
mentalii portæ nomen datum est. Palatum uero ne-
mo dubitauerit, quim Arcades habeat authores: à Pallanteum
Quibus primum Pallanteum oppidum conditum: oppidum.

quod aliquandiu Aborigines habitarunt, sed propter incommodeum vicinæ paludis, quam præterfluebat Tyberis fecerat, proœctis Reate, postmodum relinquerunt. Sunt qui uelint à balatibus ouium multata litera, uel à Pale pastorali Dea, aut (ut silenus probat) à Palanto Hyperborei filia, quam Hercules ibi compressisse uisus est, nomen monti adoptatum.

Sed quanquam ista sic congruant, palam est prospero illi augurio deberi gloriam Romani nominis, maximè cum annorum ratio facit cardinem ueritatis. Nam ut affirmat Varro author diligentissimus,

Romanæ urbis cōditor. Romam condidit Romulus Marte genitus, & Rhēbus cōditor. Syluia, uel ut nonnulli, Marte & Ilia. Dictaq; est primum Roma Quadrata, quod ad Aequilibrium foret posit. Ea incipit i sylua, quæ est in area apollinis, & ad superciliū scalarum Caci, habet terminum, ubi tugurium i Faustul, ibi Romulus manebit, qui auspicato fundamenta murorum iecit, duodeviginti natus annos, X. I. Calend. Maias, hora post secundam ante tertiam, sicut Lucius Tarutius prodidit, Mathematicorum nobilissimus, ioue in piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio, in scorpione, Sole in tauro, Luna in Libra constitutus.

Et obseruandum deinceps, ne qua hostia Palilibus cederetur, ut dies iste à sanguine purus esset. Cuius significatio,

Significationem de partu Iliae tractam uolunt. Idem
Romulus regnauit annos V II. & XXX.

De Centimensibus egit primum triumphum, et Acro-
ni regi eorum detraxit spolia, quæ Ioui Fereatio pri-
mus suspendit, & optima dixit. Rursus de Anten-
natibus triumphauit. De Veientibus postremo. A-
pud Capreae paludem apparere desijt Quintilibus
nonis. Cæteri reges, quibus locis habitauerint, di-
cimus.

Tatius in arce, ubi nunc ædes est lunonis Mone= Regum suæ
te, qui anno quinto, quam ingressus urbem fuerat, à cesso post
Laurentibus interemptus V II. & uicesima Olym= Romulum.
piade hominem exuit. Numa in colle primum Qui-
rinali, deinde propter ædem vestæ in regia, quæ ad
huc ita appellatur, qui regnauit annis trib. & qua-
draginta, sepultus sub Ianiculo; Tullus Hostilius in
Velia, ubi postea Deum Penatum ædes facta est, qui
regnauit annos duos & triginta, obiit Olympiade
quinta & trigesima. Ancus Martius in summa sa-
tria, ubi ædes Larium est, qui regnauit annos
quatuor & uiginti. Obiit Olympiade prima &
XL. Tarquinius Priscus ad Mugoniam portam su-
præsummadam nouam viam, qui regnauit annos V II
& XXX. Seruius Tullius Aexquilijs supra cli-
uum Olbium, qui regnauit annos duos & quadra-
ginta. Tarquinius Superbus & ipse Aexquilijs su-
pra clivum

præcliuum Pullum ad Fagutalem lacum, qui regnauit annos XXXV.

Discrepantes Cincio Romā duodecima Olympiade placet continentia de urbis dictam. Pictori oītua, Nepoti, & Luctatio opinioris origine. nes Eratosthenis, & Apollodori comprobantibus. Olympiadis V II. anno secundo. Pomponio Attico, & M. Tullio, Olympia dis sextæ, anno tertio. Collatis igitur nostris, & Græcorum temporibus, inuenimus incipiente Olympiade septima Romanam conditam, anno post Ilium captum CCC. XXXII.

Quippe certamen Olympicum, quod Hercules in honorem attaui materni Pelopis ediderat, intermissum, Iphiclus filius eius instaurauit post excidium Troie, anno quadringentesimo octavo. Ergo ab Iphiclo numeratur Olympia prima. Ita sex mediis Olympiadibus interiectis, quibus singulis anni quarterni imputantur, cum septima cœptate, Roma condita sit, inter exortum urbis, et Troiam captam, iure esse quadringentos annos, & XXXII. constat. Huic argumento id accedit, quod cum Caius Pompeius Gallus, & Quintus Veranius urbis conditæ anno octingentesimoprimo fuerunt Consules. Consulatu eorum Olympia septima, & ducentesima actis publicis annotata est. Quæc ergo multuplicatis VI. & ducentis Olympiadibus, erunt anni octingenti XXXIV. quibus septima Olympiadis annexet.

innectendus est primus annus, ut in solidum colligatur anni octingenti XXV. Ex qua summa detractis uiginti annis, & quatuor, Olympiadum retro sex, manifeste octingenti & unus annus reliqui sient. Quapropter cum octingentesimo primo anno urbis conditæ, ducentesima septima Olympias computetur, pars est Romanæ septimæ Olympiadis anno primo credi conditam. in qua regnatum est annis ducetis XL I. Decemuiriri creati anno CCC. Secundo. Primum Punicum bellum anno CCC C. octogesimonono. Secundum, anno quingentesimo tricesimo quinto. Tertium sextentesimo quarto. Sociale sexcentesimo sexagesimos secundo. Ad Hirsum, & Calum Panoram consules, anni septingenti & X. Quorum consulatu Cæsar Augustus Consul creatus est, octauum decimum annum agens, qui principatum ita ingressus est, ut uigilantia illius non modo securum, uerum etiam tutum imperium esset. Quod tempus fermè solum repertum est, quo plurimum & arma cessauerunt, & ingenia floruerunt,
 scilicet ne inertii iusticio languerent uitæ
 tutis opera bellis quiescentibus.

DE

DE DIVISIONE ANNI, ET
diebus Intercalaribus.

Cap. III.



Vnc ergo primum cursus anni perspecta ratio, quæ à rerū origine profunda caligine tegebatur. Nam ante Augustum Cæsarem incerto modo annum computabant, quia apud Argypios quatuor mensibus terminabant, apud Arcades tribus, apud Acaernanas sex, in Italia apud Lauimios XIII, quorum annus CCCCLXXXIII diebus ferebatur.

Anni ratio apud priscos Romanos. Romani in initio annum decem mensibus computabant, à Martio auspicantes adeo, ut eius die prima de aris Vestalibus ignem aceenderent, mutarent ueteribus uirides laureas, senatus, & populus Comitia agerent, matronæ scrulis suis caenas ponerent, sicut Saturnalibus domini. Ille & honore promptius obsequium prouocarent, hi quasi gratiam repensarent perfecti laboris, maximè quo d' hunc mensem principem testantur fuisse, qui ab hoc quintus erat. Quintilis dictus est: deinde numero decurrente, December solennem circum finiebat intra diem trecentum quartum. Tunc enim iste numerus explabatur,

bat annum, ita ut sex mēses tricenūm dierum essent, quatuor reliqui tricenis & singulis explicarentur. Sed quoniam raro illa ante Numam à Lunæ cursu discrepabat, lunari computatione annum peræquauit quinquaginta & uno die adiectis. Ut ergo perficerent duodecim menses, de sex mensibus superioribus, detraxerunt die singulos, eosq; quinquaginta isti & uni annexerunt, facti q; L V I I diuisi sunt in duos menses, quorum alter **X X I X.** alter **X X V I I.** dies continebat. Sic annus habere quinque atq; quinquaginta trecentos dict coepit.

Postmodum cum perspicerent temere annum divisum intra dies, quos suprà diximus, quandoquidē appareret solis meatum non ante trecentesimum sexagesimum quintum diem, abundāte insuper quadrantis particula Zodiacum conficere decursum, quadrantem illum, & decem dies addiderunt, ut ad liquidum annus diebus trecentis **L X V.** constaret & quadrante, hortante obseruatione imparis numeri, quem Pythagoras monuit præponi in omnibus oportere. Vnde propter dies impares, dijs superis Ianuarius dicatur, propter pares Februar. quasi abominosus, dijs inferis deputatur.

Cum itaq; hæc definitio toto orbe placuisse, cu-
nodiendi quadrantis gratia à diuersis gentibus u-
rie intercalabatur, nec unquam tamen ad liquidum
fiebat.

Græca interfiebat temporum aðequatio. Græci ergo singulis annis undecim dies et quadrantem detrahebat, eosque octies multiplicatos in annum nouum reservabant, ut contractus nonagenarius numerus in menses tres per tricenos dies scinderetur, qui anno nono restituisti, efficiebant dies quadringentos XLIIII. quos ευβελιον uel ὕπερβαλον nominabat. Quod cum in initio Romani probassent, contemplatione numeri parilis offendit neglegit in breui perdiderunt, translata in sacerdotes intercalandi potestate, qui plerumque gratificantes rationibus Publicanorum, pro libidine sua subtrahebant tempora, uel augebant.

Cæsar correxit intercalandi modum. Cum haec sic forent constituta, modusque intercalandi interdum fieret immutior, interdum auctior, uel omnino dissimilatus præteriretur, nonnullum accidebat, ut menses, qui fuerant transacti hyeme, modò in Aestuum, modò in Autumnale tempus inciderant. Itaque Caius Cæsar in uniuersam hanc inconstantiam incisa temporum turbatione compausit, et ut certum statum præteritus acciperei error, dies XXI. et quadrantem simul intercalavit, quod pacto regradati menses de cætero statuta ordinis sui tempora detinerent. Ille ergo annus solus trecentos, quadraginta quatuor dies habuit. Atque deinceps trecentos sexagenos quinos et quadrantem. Et tum quoque

quoq; uitium admissum est per Sacerdotes. Nam cā
Preceptum esset anno quarto, ut intercalarent unū Error ad-
diem, & oporteret confecto anno quarto id obser- missus.
uari, antequam quintus aufficaretur, illi incipiente
quarto, intercalarunt non desinente. Sic per annos
sex & triginta cum nouem dies tantummodo suffi-
cere debuissent, duo decim sunt intercalati. Quod
deprehensum Augustus reformauit, iusitq; annos
duodecim sine intercalatione decurrere, ut tres illi
dies, qui ultra nouenarios temere fuerant intercala-
ti, hoc modo possent repensari, ex qua disciplina
annium postea temporum fundata ratio est.

VERVM cum & hoc, & multa alia Augusti
temporibus debeatunt, qui penè sine exemplo re-
rum potitus est, tanta, & tot in uita eius inueniuntur Augusti in-
tutu aduersa, ut non si facile discernere calamitatis fortunia.
or, an beator fuerit. Primum quod apud auuncu-
lum in petitione magisterij equitum, prælatus est ei
Lepidus tribunus, cum quadam aufficantium cœ-
ptorum nota. Mox triumuiratus collegium prægra-
ui potestate Antonij Philippensis prælio. Inde pro-
scriptionis inuidia. Abiitatio Positumi Agrippæ
post adoptionem. Deinde desiderio eius insignis pos-
nitentia. Naufragia Sicula. Turpis ibi in speluncas
occultatio. Seditiones militum plurimæ. Perusina cu-
ra. Detectum filie adulterium, & uoluntas parrici-
dialis.

dialis. Nec minore dedecore neptis infamia incusatio
tæ de morte filiorum, & amissis liberis non solum
orbitatis dolor. Urbi pestilentia. Pames Italæ, bel-
lo Illyrico. Angustia rei militaris. Corpus morbi-
dum. Contumeliosa dissensio priuigni Neronis. Vxo
ris, & Tiberij cogitationes parum fidæ, atq; in huc
modum plura. Huius tamen suprema, quasi lugeret
sæculum, penuria insecura est frugum omnium.

At ne fortuitum, quod acciderat, uidetur, immi-
nentia mala non dubijs signis apparuerunt. Nam
fausta quedam ex plebe partu uno edidit quatuor
geminos, mares duos, & fœminas totidem monstro-
sa fœcunditate portendens indicium futurae calamiti-
tatis. Quamvis Trogus author affirmet in Aegypto
septenos uno utero simul gigni. Quod ibi minus
mirum, cum fœtifero potu Nilus non tantum terra-
rum, sed etiam hominum fœcundet arua. Legimus
Cneum Pompeium Fulychidem fœminam Asia ex-
hibitam, quam constabat tricies enixa am, cum XX
eius liberis in Theatro suo publicasse. Vnde
competens hoc loco duco super
hominis generatione
tractare.

DE

HOMINE, ET PARTV E-
it. De prodigioſæ fortitudinis ui-
ris. De lapide Alectorio.

Cap. IIII.



Tenim cum de animalibus, quæ di-
gna dictu uidebūtur, prout patria
cuiusq; admonebit, simus notaturi,
iure ab eo potissimum ordiemur,
quod rerum natura sensus, iudicio,

Rationis capacitate p̄̄posuit omnibus. Itaq; ut
Democritus Physicus ostendit, mulier solum animal
menstruale est, cuius profluvia non paruis spectata Menstruus
documentis inter monstrifica merita numerantur. rū naturez
Contactæ his fruges non germinabūt. Acescent mu-
sta. Morientur herbæ. Amittent arbores foetus. Fer-
rum rubigo corripiet. Nigrescent æra. Si quid cas-
hes inde ederint in rabiem efferabuntur nocituri
morsibus, quibus lymphaticos faciunt. Parua hæc
sunt. Bitumen, quod in Iudea Asphaltites gignit la-
cus, adeò lentum est mollitie glutinosa, ut à se ne-
queat separari. Enim uero si abrumpere partem ue-
lis, uniuersitas sequetur, scindiq; non potest, quoniā
in quantum ducatur extenditur. Sed ubi admota
fuerint cruce illo polluta fila, sponte disserpitur,
applicata tæbe diducitur paulo ante corpus unū:

L fitfj

fitq; de tenacitate connexa contagione partitio res
pentina Habet planè id solum salutare, quod auer-
tit sydus Helenæ perniciosum nauigantibus. Cete-
rum fœminæ, quibus nimis est necessitas huiusmo-
di, quandiu sunt in sua lege, non innocentibus oculis
contuentur. Aspectu specula uitiant, ita ut hebetetur
uisu fulgor offensus, & solitam emulationem uilo-
tus, extinctus splendor amittat, faciesq; obtusi nitid-
ris quadam caligine nubiletur.

Mulierum aliæ in æternum steriles sunt, aliae mu-
tatis coniugijs exceuunt sterilitatem, nonnullæ tan-
tum semel pariunt, quædam aut fœminas, aut mares
semper. Post annum quinquagesimum fœcunditas
omnium conquiescit. Nam in annum octogesimum
uiri generant, sicuti Masinissa rex Metimathnum si-
Prolificanis lium L X X X & sextum annum agens genuit.
uiris dura. Cato octogesimo exacto ex filia Salonijs clientis sui
auum Uticensis Catonis procreauit. Compertum
& illud est, quod inter duos conceptus cum inter-
cesserit paululum temporis, uterq; residet, sicut in
Hercule, & Iphiclo apparuit fratre eius, qui gestati
eodem onere, interuallis tamen, quibus concepti fue-
rant, nati uidentur. Et de Protonesia ancilla, que e
dupli adulterio geminos edidit, utrumq; patri su-
milem. Hic Iphiclus Iolaum creat, qui Sardiniam in-
gressus, Palantes incolarum animos ad concordiam
eblandiv.

blanditus, Olbiām, atq; alia Græca oppida extraxit. Iolenses ab eo disti, se pulchro eius templum ad diderunt quod imitatus uirtutem patrui, malis pluri mis Sardiniam liberasset.

Ante omnia sobolem cogitantibus sternutatio ea Sternutatio uenda est post coitus, ne prius semen excutiat impul conceptus sus repentinus, quam penetralibus se matris insinu- inimicas, et humor paternus. Quod si naturalis materia hæ serit, decimus à conceptu dies dolore grauidas ad monebit. Iam inde incipiet & capitis inquietudo, & caligine uisus hebetabitur. Ciborum quoq; fastidijs stomachi claudetur cupidus.

Conuenit inter omnes corda primum ex uniuersa carne formari, eaq; in diem quintum & sexagesimum crescere, deinde minui. At ex ossibus spinas ea propter capitale est, si pars alterutra noceatur. Namè si corpusculum in marem figuratur, melior est color grauidis, & pronior paritudo uteri. Deinde à quadragesimo die motus. Alter sexus non ageret primum die palpitati & concepta foemina gentilis uultum pallore inficit, crura quoq; prepedit languida tarditate. In utroq; sexu cum capilli germinant, incommode maius est, fitq; plenilunij auctor & eritudo, quod tēpus etiam edit semper nocte. Cum falsiores escas edit grauida, unguiculis caeret partus. At cum propè ad uterum liberandum

uenerint momenta maturitatis, emitentis spiritum
retinere plurimum congruit, quandoquidem letali
mora oscitatio suspendit puerperia.

Contra naturam est in pedes procedere nascen-
tes. Quapropter uelut aegrè parti appellantur A-
Agrippæ. grippæ. Ita editi minus prosperè uiuunt, & de vita
breui aeo decedunt. Deniq; in uno Marco Agrippa
felicitatis exemplum est, nec tamen usq; eò inoffen-
sæ, ut non plura aduersa pertulerit, quam secunda.
Namq; & misera pedum ualeitudine, & aperto con-
iugis adulterio, & aliquot infelicitatis notis retro-
uersi ortus omen luit. Foemini perinde est infausta
nitiuitas, si congetrum uirginale fuerit, quo padio
genitale fuere Corneliae, quæ editis Gracchis ostena-
tum hoc piauit sinistro exitu liberorum. Rursus
necatis matribus, ortus est auspiciator, sicut Scipio
Africanus prior: qui defuncta matre, quod excisus
utero in diem uenerat, primus Romanorum Caesar
dictus est. E' geminis si remanente altero, alter ab-
ortiu fluxu exciderit, alter qui legitimè natus est,
Vopisci. Vopiscus nominatur, Quidam etiam cum dentibus
nascuntur, ut Cneus Papyrius Carbo. & Marc. Cu-
rius Dentatus ob id cognominatus. Quidam uice
dentium continui ossis armantur soliditate, qualem
filium Bityniorum rex Prusias habuit. Ipsum den-
tiam numerum discernit qualitas sexus, cum in his
ris plus

ris plures sint, in foeminis pauciores. Quos nuuo-slovates uocant. Et quibus gemini prodeunt à de-xtra parte, fortunæ blandimenta promittunt. Qui bus à lœua, uersa uice.

Nascentium uox prima uagitus est. Lætitiae enim sensus differtur in quadragesimum diem. Itaq; unum nouimus eadem hora risisse, qua erat natus, scilicet Zoroastrem mox optimarum artium pèri-tissimum. At Crassus auus eius, quem rapuerunt bella Parthica, quia nunquam riferit, Agelastos co-gnominabat. Inter alia Socratis magna, præclarū illud est, quod in eodem uultus tenore etiam aduersis interpellantibus peflit. Heraclitus, & Diogenes Cynitus nihil unquam de rigore animi remise-runt, calcatisq; turbinibus fortitorum aduersus o-mnem dolorem, uel miseriam uniformi durauere proposito. Pomponium Poëtam consularem uirum nunquam ructasse habetur inter exempla. Antoniā Drusi nunquam spuisse percelebre est.

Nonnullos nasci accepimus concretis ossibus, ea-
q; neq; sudare consueisse, neq; sitire, qualis Syra
cusanus fertur Lygdamus, qui tertia & tricesima
Olympiade, primus ex Olympico certamine Pan-
crati coronam reportauit, eiusq; ossa deprehensa
sunt medullas non habere. Maximam uirium sub-
stantiam neruos facere certissimum est, quantoque

L 3 fuerint

Prodigiose fuerint densiores, tanto propensius augescere firmitatem fortitudinis tatem. Varro in relatione prodigiose fortitudinis exempla annotauit, Tritanum gladiatorem natura Sannitem fuisse, qui et rectis, et transuersis neruis non modo cruce pectoris, sed et manibus cancellatis, et brachij, omnes aduersarios leui tactu, ac penè securis congreessionibus uicerit. Eius filium militem Cnei Pompeij pari modo natum ita spreuisse hostem provocantem, ut inermi eum dextra superaret, et caput digito uno in castra imperatoris sui reportaret. Milonem quoq; Crotonensem ferunt egisse omnina suprà quam homo ualeat. De quo etiam hoc proditur, quod ictu nudæ manus, taurum fecit uictimam, cumq; solidum, qua mactauerat die, absumpsit solus non grauatus. Super hoc nihil dubium. Nam statum Elogium extat: VICTOR ILLE OMNIVM CERTAMINVM OBIIT.

Alectorius lapis. Sanè Alectorius traditur lapis, qui Crystallina specie in modum fabæ, gallinaceorum uentriculis inuenitur, aptus (ut dicunt) præliantibus. Milo porrè Tarquinij superbi temporibus cœnituit.

DE SIMILITUDINE FOR-
MÆ. De corpore quorundam pro-
ceritate. De mensura hominis. Nec
non defunctorum podo-
re. Cap. v.



Am uero qui deflexum animum rese-
rat ad similitudinem causas, quantu-
m sit artificis naturæ ingenium, depre-
hendet. Interdum enim ad genus spe-
ciant, & per sobolem in familias transitus faciunt.
Sicut plerumq; paruuli modò neuos, modò cicatri-
ces, modò qualescumq; originis sue notas ferunt. Ut
in Lepidis, quorum tres interuulsa tamen serie ex-
eadem domo obducto membrana oculo, similes ge-
niti reperiuntur. Vel ut in Byzantino nobili poë-
ta, qui cum matrem haberet adulterio ex Aethiope
conceptam, quæ cum nihil patri comparandum redi-
didisset, ipse in Aethiopem auum regenerauit.

Sed hoc minus mirum, si respiciamus ad ea, quæ
spectata sunt inter externos. Regem Antiochum Ar-
themon quidam ex plebe Syriaca, sic facie æmula-
meniebatur, ut postmodum Laodice uxor regia,
objecto populari isto, tam diu dissimulauerit defun-
ctum maritum, quoad ex arbitratu eius, regni suc-
cessor ordinaretur. Inter Cn. Pompeium, & C. Vi-
bius

biam humili loco natura, tantus error extitit de patribus lineamentis, ut Romani Vibium Pompeij nomine, Pompeium Vibij vocabulo cognominarent. Oratorem Lucium Plancum, Rubrius Histrio sic implouit, ut et ipse Plancus a populo vocaretur, Amentarius Mirmillo, et Cassius Seuerus orator, ita se mutuo reddiderunt, ut si quando pariter uiderentur, dignosci non possent, nisi discrepantiam habentes indicaret. Marcus Messala Censorius, et Menogenes, ex sece uulgari, hoc fuerunt uterque, quod singuli, nec alium Messalam, quam Menogenem, nec alium Menogenem, quam Messalam putauerunt. Piscator ex Sicilia Proconsuli Suræ preter alias ritu oris comparabatur, ita in eodem uocis impedimento, et tarditate sono lingua naturalibus offendiculis congruebant. Interdum uero non modo in externos, sed etiam inter conductos ex diuersissima parte orbis miracula, indiscreti uultus fuere. Denique cum Antonio ianu Triumuiro, Thoranius quidam eximios forma pueros uelut geminos trecentis Sex tertii usendisisset, quorum alterum de Transalpina Gallia, alterum ex Asia comparauerat, adeoque uniores uidebantur, nisi solus sermo fidem panderet. Atque ideo cum irrisum se Antonius grauaret, non infante Thoranius id uel precipue, quod emptor crimina batur, preciosum comprobauit. Neque enim mirificarent

si forent pares gemini, illud nullis posset taxationibus estimari, quod tantis spacijs diuersitas separatos, plusquam geminos contulisset. Quo responso adeò Antonius mitigatus est, ut deinceps nihil se habere carius in sua substantia iactaret.

Nunc si de ipsis hominum formis requiramus, li-
quid manifestabitur, nihil de se antiquitatem men-
daciter prædicasse, sed corruptam degeneri succes-
sione sobolem nostri temporis, per nascentium de-
trimenta, decus ueteris pulchritudinis perdidisse.
Licet ergo pleriq; definiant nullum posse excedere
longitudinem pedum septem, quod intramensuram Menstrœ
istam Hercules fuerit, deprehensum tamen est Ro^m proceritatis
manis temporibus sub Diuo Augusto, Pusionem, & exempla.
Secundillam, denos pedes & amplius habuisse pro-
ceritatis, quorum reliquiæ adhuc in conditorio Sa-
lusiianorum uidentur. Postmodum Diuo Claudio
principe, Gabbariam nomine ex Arabia aduectum,
nouem pedum, & totidem unciarum. Sed ante Au-
gustum fermè annis mille non apparuit forma hu-
iusmodi, sicut nec post Claudiū uisa est. Quis enim
euo isto non minor parentibus suis nascitur? Prisco-
rum autem molem testantur etiam Orestis supre-
ma, cuius ossa Olympiade quinquagesima & octa-
ua Tegeæ inuenta, à Spartanis oraculo monitis dici-
mus implesse longitudinem cubitorum septem.

Scripta

Scripta quoq; ex antiquitate memorias accersunt in fidem ueri, quibus receptum est, quod bello Cretico cum elata flumina impetu plus, quam ui amnica innecta terras rupissent, post discessum fluminum inter plura hummi dissidia humanum corpus reperitum cubitum trium atq; triginta, cuius spectandi cupidine L. Flaccum legatum, Metellum etiam ipsum impendio admodum captos miraculo, quod auditu refutauerant, oculis potitos. Non omiserim Salamine Euthymenis filium creuisse in triennio tria cubita sublimitate, sed incessu tardo, sensu hebeti, robusta uoce, pubertate festina, statimq; obfessum morbis plurimis, immoderatis ægritudinum supplicijs compensasse præcipitem incrementi celeritatem.

Hominis Mensurae ratio bifariam conuenit. Nam quantus mensura manibus expansis inter digitos longissimos modus est, tantum constat esse inter calces, & uerticem. Ideoq; physici hominem minorem mundum esse iudicarunt. Parti dexteræ habilior ascribitur motus, læsæ, firmitas maior. Vnde altera gesticulationibus promptior est, altera oneri ferendo accommodator. Pudoris disciplinam etiam inter defuncta corpora natura discreuit, ut si quando cadauera necatorum fluctibus euehuntur, virorum superminarum.

DE VE-

DE VELOCITATE, VISU, DE-
quē Romanorū quorundam forti-
tudine. Ac Cæsaris Dictatoris
excellētia. Cap. VI.



Erum ut ad pernicitatis titulum tran-
seamus, primam palmam uelocitatis
Ladas quidam adeptus est, qui ita su-
pra cauum puluerem cursitauit, ut
grenis pendentibus nulla indicia relinqueret uesti-
giorum. Polymestor Milesius puer, cum à matre lo-
catus esset ad caprarios pastus, ludicro leporēm con-
secutus est, & ob id statim productus à gregis domi-
no Olympiade sexta, & quadragesima (ut Bocchus
author est) uictor in stadio meruit coronam. Philip-
pides biduo mille ducēta quadraginta stadia ab A=
thenis Lacedæmonem cucurrit. Anistius Lacon, &
Philonides Alexandri Magni cursorēs, à Sycione
Elin usq; mille ducenta stadia uno die transierunt.
Pontrio, Vipsanoquē consulibus in Italia octo annos
puer natus, quinq; & quadraginta millia passuum
à meridie transiuit ad uesperum.

Visu deinde plurimum potuit Strabo nomine, Visus acūa
Quem superspexisse per centum XXV. millia men in quā
passuum Varro significat, solitumq; exeunte à Car-
thaginem classem Punica, numerumq; nauium mani-
festissime

festissime è Lilybitana specula denotare. Cicero tradidit Iliada Homeri omnem ita subtiliter in membranis descriptam, ut testa nucis clauderetur. Callicrates formicas ex ebore sic sculpsit, ut portio earum à ceteris secerri nequiverit.

Apollonides perhibet in Scythia formicas nasci, que Bithiae vocantur, hasq; in oculis pupillas geminas habere, & perimere usu, si quem fortè iratae spexerint. Hæ sunt et in Sardinia.

**Praeualida
fortitudinis
exempla.** Praeualuisse fortitudine apud Romanos Lucium, Sicinium Dentatum titulorum numerus ostendit. Tribunus hic plebis fuit non nullum post exactos reges, Spurio Tarpeio, A. Thermo cons. Idem ex prouocatione octies noster quadraginta & quinque aduersas habuit cicatrices, in tergo nullam totam, spolia ex hoste tricies & quater cepit. In Phaleris, hastis puris, armillis, coronis. Trecenta duodecim dona meruit. Nouem imperatores, qui opera eius uicerant, triumphantes prosecutus est. Post hunc Marcus Sergius duobus stipendijs, primo aduerso corpore ter & uicies vulneratus, Secundo stipendio in prelio dextram perdidit. Qua de causa ferream sibi manum fecit, & cum neutra penè idonea ad præliandum ualeret, una die quater pugnauit, et uicit sinistra, duobus equis eo insidente confosis. Ab Hannibale bis captus refugit, cum XX. mensis,

b. 16

bis quibus captiuitatis sortem perferebat, nullo mo-
mento sine compedibus fuerit, & eathenis. Omnia
bus asperrimis p̄lījs, quæ tempestate illa Romani
experti sunt, insignitus donis militaribus. A Thra-
symeno, Trebia. Ticinoq; coronas ciuicas retulit.
Cannensi quoq; p̄līo, de quo refugisse eximium
opus uirtutis fuit, solus accepit coronā. Beatus pro-
fecto tot suffragijs gloriarum, ni h̄eres in posterita-
tis eius successione Catilina tantas adreas odio dā-
nati nominis obumbrasset.

Quantum inter milites Sicinius, aut Sergius, tan-
tum inter duces, imò, ut uerius dicam, inter omnes
homines Cæsar Dictator enituit. Huius ductibus C. Cæsar
undecies cētum, & nonaginta duo millia cæsa sunt excellentia-
hostium. Nam quantum bellis ciuilibus fuderit, no-
luit annotari. Signis collatis quinquagies & bis di-
micauit. M. Marcellum solus supergressus, qui no-
ties, & tricies pari modo fuerat p̄eliatus. Ad hæc
nullus celerius scripsit. nemo uelocius legit. Quan-
titas etiam epistolas simul dictasse perhibetur. Be-
nignitate adeò p̄editus, ut quos armis
subegerat, clementia ma-
gis uicerit.

Q.VI

QVI M E M O R I A C L A R V E-
runt. Cui casus uocem ademerit, cui
ue dederit. De morum laude. Qui elo-
quentia floruerunt. De pietate. De pu-
dicitia. Et quis beatus fuerit iu-
dicatus. Cap. VII.



Yrus memoriae bono claruit, qui in ex-
ercitu, cui numerosissimo praesuit, no-
minatim singulos alloquebatur. Pecit
hoc idem in populo Romano Lucius
Scipio. Sed et Cyrum, et Scipionem consuetudine
credamus proficisse. Cyneas Pyrrhi legatus postero
die, quam ingressus Romanam fuerat, et equestrem
ordinem, et senatum propriis nominibus salutauit.
Rex Ponticus Mithridates duabus et uiginti gen-
tibus, quibus imperitabat, sine interprete iura dixit.
Memoriam ex arte fieri palam factum est, sicut Me-
trodorus philosophus, qui temporibus Cynici Dio-
genis fuit, in tantum se meditatione assidua proue-
xit, ut a multis simul dicta, non modo sensuum, sed e-
tiam uerborum ordinibus detineret. Nihil tamen in-
homine aut metu, aut casu, aut morbo facilius in-
tercipi, saepe perspectum est. Qui lapide ictus fue-
rat, accepimus oblitum literarum. Messalam certe
Coruinum post aegritudinem, quam pertulerat, per-
cussum

et sum proprij nominis obliuione, quamlibet alias
ei sensus uigeret. Memoriam metus perimit.

Inuicem metus uocis est incitamentum, quā non
solum acuit, sed etiam si nūquam fuerit, extorquet.
Deniq; cum Olympiade octaua & quinquagesimā
victor Cyrus intrasset Asiae oppidū Sardis, ubi tunc
Croesus latebat, Athis filius regis mutus ad id usque
temporis in uocem erupit ui timoris. Exclamasse
enim dicitur. Parce patri meo Cyre, & te hominem
esse uel casibus disce nostris.

Tractare de morib. supest, quorū excellētia ma-
xime in duob. enituit. Cato princeps Portiæ gentis
senator optimus, orator optimus, optimus impator. Probitas
causam tamen quadragies & quater dixit, diuersis Catonis.
odiorū simultatibus appetitus, semper absolutus.
Verū Scipionis Aemiliani laus propensior, qui
propter bona, quibus Cato clarus fuit, etiam publi-
co amore præcessit. Vir optimus Nasica Scipio iu-
dicatus est, non priuato tantum testimonio, sed toti-
us senatus sacramento. Quippe quod inuentus di-
gnior non fuit, cui præcipue religionis crederetur
ministerium, cum oraculum moneret accersi sacra
matris Deūm Pessimumtice.

Plurimi inter Romanos eloquentia floruerunt.
Sed hoc bonum hæreditarium nunquam fuit, nisi in Eloquentiæ
familia Curionum, in qua tres, serie continua, ora-
dores

tores fuerunt. Magnum hoc habitum est sanè eo
saeculo, quo præcipue facundiam & humana, & di-
uina mirata sunt. Quippe tunc percussores Archia-
lochi poëtæ, Apollo prodi dit, & latronum facinus
Deo argente, detectum est. Cumq[ue] Lysander Lacé-
demonius Athenas ob sideret, ubi Sophoclis Tragi-
ci inhumatum corpus iacebat, identidem Liber p[ro]p-
ter ducem admonuit per quietem, ut sepiliri delici-
as suas sineret. Nec prius destitit, quām Lysander co-
gnito quis obiisset diem, & quid à numine poscere
tur, inducias bello daret, usq[ue] dum congruè supre-
mis talibus exequiæ ducerentur. Pindarum lyricis
è conuiuij loco, cui imminebat ruina, ne cum cæte-
ris interiret, forinsecus eum Castor & Pollux uoca-
runt inspectantibus uniuersis. Quo effectum est, ut
solus impendens periculum euaderet. Numerādus
post Deos Cneius Pompeius Magnus, intraturus
domum Possidonij clarissimi tunc sapiētie profesa-
soris, percuti ex more à Lictore uetus fores, si mis-
misq[ue] fascibus, quamlibet cōfecto Mithridatico bel-
lo, & orientis uictor, sententia propria ceſſit ianue
literarum. Africanus prior Quinti Enniij statuam
imponi sepulchro suo iuſſit. Uticensis Cato unum
ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cy-
pria legatione Romanam aduexit, professus plurimū
se eo facto Senatu, & populo Romano contulisse,
quamvis

Quamvis proauus eius s^epiissime censuisset, Græcos
urbe pellendos. Dionysius tyrannus uitatam nauem
Platoni obuiam misit. Ipse cum albis quadrigis e-
gredientem in littore occurrens honoratus est. Per-
fектam prudentiam soli Socrati oraculum Delphia
cum adiudicauit. Pietatis documentū nobilius qui
dem in Metellorum domo effulgit. Se d^eminentissi-
mum in plebeia puerpera reperitur. Humilis h^ec
atq; ideo famæ obscurioris, cum ad patrem, qui sup-
plicij causa claustris pœnalibus continebatur et
grē obtinuissest ingressum, exquisita s^epius à ianito-
ribus, ne forte parenti cibum subministraret alere
eum uberibus suis deprehensa est. Quæ res & fa-
ctum, & locum consecravit. Nam qui morti destina-
batur, donatus filiæ in memoriam tanti præconij re-
seruatus est Locus, dicatus suo numini, Pietatis Sa
cellum fuit.

Nauis à Phrygia gerula sacrorum, dum sequi-
tur uitias castitatis, contulit Claudiæ principatum
pudicitiae. At Sulpitia Paternuli filia Marci Fulvii
Flacci uxor censura omnium matronarum è centia
probatisimis haud temere electa est, que similia
chrum Veneris (ut Sibyllini libri monebant) dedi-
carent.

Qui attingat ad titulum felicitatis, nec dum re-
pertus est, & qui felix censi iure debuerit. Namq;
Cornelius

Cornelius Sylla dictus potius est, quam fuerit felix.
Solum certe beatum Corinna Aglaum iudicauit, qui
in angustissimo Arcadiæ angulo pauperis soli domi-
nus inuenitur. De homine satis dictum habeo.

DE ITALIA, ET EIVS LAV-
dibus, de cibis peculiaribus multis,
quæ in ea reperiuntur.

Cap. VIII.

Nunc ut ad destinatum reuertamur ad locorum commemorationem stilus di- rigendus est, atq; ideo principaliter in Italianam, cuius decus iam in urbe contigimus. Sed Italia tanta cura ab omnibus dicta est, precipue à Marco Catone, ut iam inueniri non sit, quod non ueterum auihorum præsumpererit dilectio gentia, largiter in laudem excellentis terræ mate- ria suspetente, dum scriptores præstantissimi repul- tant locorum salubritatem, cœli temperiem, uberi- tam sali, aprica collium, opaca nemorum, innoxii- os saltus, uitium, olearumq; prouentus, ouilia, pecu- aria, tot amnes, lacus tantos, bifera uiolaria. Inte- hæc Vesenum flagrantis animæ spiritu vaporatæm tepentibus fontibus Baia, colonias tam frequentes, tam assiduam nouarum urbium gratiam, tam claris decus

decus veterum oppidorum, quæ primum Aborigines, Arunci, Pelasgi, Arcades, sicuti, totius postrem Græciæ aduenæ, & in summa uictores Romanæ considerunt. Ad hæc littorum portuosa, orasq; partentibus gremijs commertio orbis accommo datas.

Verum ne prorsus intacta uideatur, in ea quæ minus trita sunt, animum intendere haud absurdum uideatur, & parcus depasta leuibus uestigijs iniurare. Nam quis ignorat, uel dictam, uel conditam à iis Conditores no Ianiculum, à Saturno Latium, atq; Saturniam, à Italicarum Danaë Ardeam, à comitibus Herculis Polyden, ab urbium ipso in Campania Pompeios, quia uictor ex Hispania pomparam boum duxerat. Liguria queq; lapidarios campos, quod à ioue eo dimicante creduntur pluisse saxa. Regionem ionicam ab iione Naulochi filia, quam procaciter insidentem uias Hercules interenuit, ut ferunt. Alchippen à Marsya rege Lydorum, quod hiatu terræ haussum, dissolutum est in lacum Fucinum. A lasone templum iunonis Argiæs A Pelopidis Pisæ, à Cleolao Minois filio Dauniobz & Iapigas à Iapige Dædali filio, Tyrrhenos à Tyrreno rege Lydie, Coram à Dardano, Argillam à Pelasgis, qui primi in Latium literas intulerunt. Ab Haleso Argiuo Faliscam, à Falero Argiuo Faleros. Fesceninum quoq; ab Argiuis, portum Parthenium à Phocensisibus. Tybur, sicut Cato facit testimoni

nium, à Catillo Arcade præfatio classis Euandri, sicut Sextius, ab Argiua inuentus. Catillus enim Amphiaraï filius post prodigiam patris apud Thebas interitum Oeclei aui iussu cum omni foetu vel sacro missus tres liberos in Italia procreauit, Tiburtum, Coram, Catillum, qui de pulsis ex oppido Sicilie veteribus Sicanis à nomine Tiburti fratris natu mixti urbem uocauerunt. Mox in Brutijs ab Ulysse extuctum templum Minerue. Insula Ligia appellata abiecto ibi corpore Sirenis ita nominatæ Parthenope à Parthenopes Sirenis sepulchro, quā Augustus postea Neapolim esse maluit. Prænesti, ut Zenodus refert, à Prænesti Ulyssis nepote, Latini filio, Aut, ut Prænestini sonant libri, à Cæculo, quem iuxta ignes fortuitos inuenierunt (ut fama est) Digtiorum sorores. Notum est à Philoctete Petiliam constitutam, Arpos, & Beneuentum à Diomedे. Patavium ab Antenore Metapontum à Pylijs. Scyllaciū ab Atheniensibus. Sybarim à Træzenijs, & à Sagarei acris Locri filio. Sallentinos à Lycijs. Anconam à Siculis Gabios à Galatio, & Bio Siculis fratribus. Ab Heraclidis Tarentum. Insulam Tensam ab Ioniis. Pæstum à Dorensibus. A Miscello Achæo Crotona, Rhegium à Chalcidensibus. Caulonam & Terinam à Crotoniensibus. A Naricijs Locros. Herenum à Græcis in honorem Hercæ. Sic enim Græci non en-

nonem uocant. Ariciam ab Archilocho Siculo. vnde
de & nomen (ut C. & H. Hemimæ placet) tractum.
Hoc in loco Orestes oraculo monitus simulachrum
Scythice Dianæ, quod de Taurica extulerat, prius
quam Argos peteret considerauit. A Zanclensibus
Metaurum locatum. A Locrensibus Metapontum,
quod nunc Vibo dicitur, Bocchus ab soluit, Gallorū
veterum propaginem umbros esse, Marcus Anto-
nius asseuerat hos eosdem, quod tempore aquosa
cladis imbris superfuerint, umbros esse nomina-
tos. Liciniano placet à Messapo Græco, Messapiæ
datam originem, uersam postmodum in nomen Ca-
labriæ, quam in exordio Oenotri frater Peucetius,
Peucetiam nominauerat. Par sententia est inter au-
thores, à gubernatore Aeneæ Palmurum appellatū,
à tubicinc Misenum, à consobrina Leucosiam insu-
lam. Inter omnes perspicue conuenit, à nutrice Ca-
letæ, Caietam, ab uxore Lauinia, Lauinium esse nun-
c upatum, quod post Troiæ excidium (sicut Cosco-
nius prohibet) quarto anno extrectum est.

Nec omissum sit Aeneam & estate ab Ilio capto sex Aeneas in La-
cunda, Italicis litoribus appulsum, ut Hemina tra-
dit, socijs non amplius sexcentis, in agro Laurenti
posuisse castra. Vbi dum simulachrum, quod secum
ex Sicilia aduixerat, dedicat Veneri matri, quæ A-
prosly dicitur. A Diomede Palladium suscipit,

M 3 tribusq;

tribusq; mox annis cum Latino regnauit socia potestate, quingentis iugeribus ab eo acceptis. Quod desinat summam biennio adeptus, apud Numicium apparetur deſiit, anno septimo, patris indigetis ei nomen datum. Deinde conslituta ab Ascanio Alba longis Fidene, Aricia, Nola à Tyrris. Ab Euboensibus Cœmæ.

Sibylle. Ibidem Sibyllæ facellum est, sed eius quæ reb. Romanis quinquagesima Olympiade interfuit, cuiusq; librum ad Cornelium usq; Syllam Pontifices nostri consulebant. Tunc enim una cum Capitolio igni ab sumptus est. Nam priores duos Tarquinio Superbo parcus precium offerente, quam postulabatur, ipsa exusserat. Huius sepulchrum in Sicilia adhuc manet. Delphicam autem Sibyllam ante Troiana bella uaticinata, Bocchus autumnat, cuius uersus plurimos operi suo Homerum inseruisse manifestat. Hanc Heriphile Ericrea annis aliquot intercedentibus insecura est, Sibyllaq; appellata est de scientia parilitate, quæ inter alia magnifica Lesbios amissuros maris imperium multò antè præmonuit, quam id accideret. Ita Cumianam fuisse tertio post has loco ipsa æui series probat.

Italia descriptio. Ergo Italia, in qua Latium antiquum antea à Tyberis ostijs ad usq; Lirim amnem, pertinebat, uniuscæsa consurgit à iugis Alpium porrecta ad Reginum uerti-

Herlicem, & littora Brutiorum, quo in mare meridie uersus protenditur. Inde procedens paulatim se Apennini montis dorso attollit, extensa inter Thuscum, & Adriaticum, id est, inter superum mare, & inferum, similis querno folio scilicet proceritate amplior, quam latitudine. ubi longius processit, in cornua duo scinditur, quorum alterum Ionium spectat equor, alterum Siculum. Inter quas prominentias non uno margine accessum insinuati freti recipit, sed linguis projectis sepius, ac procurentibus, distinctum promontorijs pelagus admittit. ibi (ut obuiat passim notemus) arces Tarentinae, Scyllaceae regio, cum Scyllaeo oppido, & Crathide flumine Scyllae matre, ut uetus fabulata est, Regini saltus, Pastore ualles, Sirenum saxa, Amoenissimi Campaniae tractus, Phlegraei campi, Circes domus. Tarricina insula ante circumflua immenso mari, nunc ex quo nesciente addita continenti, diuersamque fortunam a Reginis experta, quos fretum medium a Siculis uiabscidit. Formiae etiam Læstrygonibus habitare. Multa præterea pollentissimis ingenijis edisseta, quæ præterire, quam inferius execqui tutius duximus.

Verum Italiae longitudo, quæ ab Augusta Prætoria per urbem Capuam porrigitur, usq; ad oppidum Rhodium, decies centena & uiginti millia passuum colligit. Latitudo ubi plurimum quadragesima de-

cem: ubi minimum, centum XXXXV. millia. Arg
stissima est ad portum, quem Hannibalis castra di-
cunt, neq; enim excedit quadraginta millia. Vmbili-
cum (ut Varro tradit) in agro Ratino habet. At in
solidum spacum circuitus uniuersi uicies quadragi-
es nouies centena sunt. In quo ambitu aduersa Lo-
crensium fronte ortus à Gadibus finitur Europæ si-
nus primus. Nam secundus à Lacinio auspicatus, in
Acroceraunijs metas habet.

Padus flu. Ad hæc Italia Pado clara est, quem mons Vesu-
lus superantissimus inter iuga Alpium gremio fun-
dit, uisendo fonte in Ligurum finibus, unde se pri-
mum Padus proruit, summersusq; cuniculo rursus
in agro Vibonensi extollitur, nulli annuum inferior
claritate, à Græcis dictus ἡρίστας. Intumescit
exortu canis tabefactis niuibus, & liquefibus Bru-
mæ pruiniis, auctusq; aquarum accessione. XX
flumina in Adriaticum desert mare.

Est è memorabilibus inclytum, & insigniter per
omnium ora uulgatum, quod per pauce familiæ sunt
Hirpi. in agro Phaliscorum, quos Hirpos uocant. Hi sacri-
ficium annum ad Soractem montem Apollini faci-
unt. Idq; operantes gesticulationibus religiosis im-
pune exultant, ardentibus lignorum struibus, in ho-
norem diuinæ rei flammis parcentibus. Cuius deuo-
nonis ministerium munificètia senatus honoratum.
Hirpis

Hirpis perpetuò omnium munerum uocationem dedit.

Gentem Marsorum serpentibus illæsam esse nisi Marsibil mirum. A Circes filio iij genus ducunt, de C' auita potentia deberi sibi sciunt seruitum uenenum, ideò uenena contemnunt. Caius Cœlius Octæ tres filius, Angitiam, Medeam, et Circen fuisse dicit. Circen Circæos infedisse montes, carminum maleficijs uarijs imaginum facies mentientem. Angitiæ in uicina Fucino occupauisse, ibiq; salubri scientia aduersus morbos resistentem, cum desisset intus hominem uiuere, deam habitam. Medeam à Iasone Buthroti sepultam, filiumq; eius Marsis imperasse.

Sed quamvis Italia habeat hoc præsidium familiare, à serpentibus non penitus libera est. Denique habitatores ab Amyclis, quas ante Amyclæi Græci condiderant, fugauere serpentes. Illic frequens uipera morsu insanabili. Breuior hæc cæteris, quam in alijs aduertimus orbis partibus, ac propterea diu respectui est, facilius nocet. Calabria Chersydris frequentissima, Et Boam gignit, quem anguem in im mensam ferunt molem coalescere. Captat primò greges bubulos, et que plurimo lacte rigua bos est, eius se uberibus innedit, sucluq; continuò saginata, longo in seculo, ita fellebris satietate ultimò extubatur, ut obsistere oius magnitudini nulla uis queat.

M 5 Postre-

Boa anguis.

Postremò depopulatis animalibus, regiones, quas
obsederit, cogat ad uastitatem. Diuo deniq; Claudio
principe, ubi Vaticanus ager est, in alio occise
Boë spectatus est solidus infans.

Lapi Italici. Italia lupos habet, qui cum cæteris similes non
sint, homo, quem prius uiderint, conticeſſit. Et anti-
cipatus obtutu nocenti, licet clamandi uotum habe-
at, non habet uocis ministerium. Sciens de lupis mul-
ta prætero. Spectatiſſimum illud est, quod cauda
animalis huius uillus amatorius inest perexiguus,
quem ſpontaneo danno abijcit, cum capi metuit.
Nec habet potentiam, niſi uiuenti detrahatur. Coe-
unt lupi toto anno non amplius dies XII. Vescun-
tur in fame terra. At hi, quos Ceruarios dicimus,
quamuis post longa iejunia repertas & grē carnes
mandere coeperint, ubi quid casu respiciunt, obliui-
ſuntur, & immemores praesentis copiae, cuncta que-
ſitum, quam reliquerunt satietatem.

Lynces. In hoc animalium genere numerantur & Lyn-
ces, quarum urinas coire in duriciem preciosi cal-
culi fatentur, qui naturas lapidum exquisitius ſunt
persecuti. Iſtud etiā ipſas Lynces persentis cere, hoc
documento probatur, quod egestum liquorem ilico
arenarum cumulis, quantum ualent, contegunt inu-
dia ſcilicet, ne talis egeries transeat in nostrū uifum,
et Theophrastus perhibet. Lapidis ſuſſu succini color
eft,

est, pariter spiritu attrahit propinquantia. Dolores
renues sedat, medetur regio morbo: *λυγκούριον*
Græcè dicitur.

Cicadæ apud Rheginos mutæ, nec usquam alibi. Cicadæ Rhe-
ginae, quæ sunt Locrensum ultra cæteras sonitent.
Quod silentium miraculo est, nec immerito, cum ui genses.
Causas Granius tradit, cum obmurmurauerent illic
Hercule quiescente, deum iussisse ne streperent; itaq;
ex eo coeptum silentium permanere.

Ligusticum mare frutices procreat, qui quanti- *Coralia.*
sper fuerint in aquarum profundis, fluxi sunt, tactu
propè carnulento. Deinde ubi in supera tolluntur,
natalibus derogatis, lapides sunt. Nec solum quali-
tas illis, sed & color uertitur. Nam puniceo proti-
nus rubescunt. Ramuli sunt, quales arborum uisi-
mus, ad semipedem frequentius longi. Rarum est pe-
daneos deprehendi. Excituntur ex illis multa gesta
mina. Habet enim (ut Zoroastres ait) materies hæc
quandam potestatem, ac propterea, quicquid inde
sit, habetur inter salutaria: *Coralium* alijs dicunt.
Nam Metrodorus *Fopyi* nominat. idem quod re-
sistat Typhonibus, & fulminibus, affirmat.

Eruitur gemma in parte Lucaniae, facie adeò iu- *Syrtites*
cunda, ut languentes intrinsecus stellas, & sub nubi-
lo retinentes croceo colore persundat. Ea quoniam
in littore Syrtium inuenta primum est, Syrtites uo-
catur.

catur. Est & Veientana gemma à loco dicta, cui sunt
perficies nigra, quam ad gratiam varietatis limites
intersecant albi notis cendentibus.

Aues Diomedea. Insula quæ Apulie oram uidet tumulo, ac delusio-
bro Diomedis insignis est. & Diomedea aues sola
nutrit. Nam hoc genus alitis præter quam ibi nus-
quam gentium est, idq; solum poterat memorabile
iudicari, nisi accederent non omittenda. Forma illis
penè quæ Fulicis, color cædidas, ignei oculi, ora den-
tata. Congregatæ uolitant, nec sine ratione pergen-
di, duces duæ sunt, quæ regunt cursum, altera agmen
anteit, altera insequitur; illa, ut ductu certum iter di-
rigat, hæc, ut instantia urgeat tarditatem. Hæc im-
meantibus disciplina est. Cum foetificum adest tem-
pus, rostro scrobes excavant, deinde surculis inuer-
sum superpositis texta cratum imitantur, & sic con-
tegunt subtercauata. Et ne operimenta desint, si for-
tè lignorum casas uenti auferant, hanc struem com-
primunt terra, quam egesserant, cum puteos excave-
rent. Sic nidos moliuntur bisori accessu, nec fortui-
to, adeo, ut ad plagas coeli metentur exitus, uel in-
gressus. Aditus qui dimittit ad pastus, inortum desti-
natur, qui excipit reuertentes, occasum uersus est, ut
lux, & morantes excitet, & receptui non denegat-
tur. Leuantæ aluum aduersis flatibus subuolant,
quibus proluvies longius austratur. Indicant inter-
aduentus:

aduenas; si Græcus est, propius accedunt, & quantum intelligi datur, uelut ciui blandius adulantur: si quis erit gentis alterius, inuolat & impugnant. Aedem sacram omni die celebrant studio huiusmodi. Aquis imbuunt plumas, alisq; impendiò madefactis confluunt rorulentæ, ita aedem excusso humore purificant, tunc pennulis superplaudunt, inde discedunt quasi peracta religione. Ob hoc ferunt Diomedis sotios aues factos. Sanè antea aduentum Aetoli ducis nomen Diomedæ non habebant, inde sic dictæ.


Italicus excursus per Liburnos, quæ gens Asiati Italica ex ea est, procedit in Dalmatiæ pedem, Dalmatia in litore trema. mitem Illyricum: in quo finu Dardani sedes habent, homines ex Troiana prosapia in mores Barbaros efferati. Ad ex altera parte per Ligurum oram in Narbonensium prouinciam pergit, in qua Phocenæ Phocensis ses quondam fugati Persarum aduentu, Massiliæ urbem Olympiade quadragesima quinta condiderunt. C. Marius bello Cymbrico factis manu fossis inuitauit mare, perniciosamq; seruentis Rhodani nauigia Rhodani. tionem temperauit. Qui annis præcipitatus Alpibus primo per Heluetios ruit, occursantium aquarum agmina secum trahens, auctuq; magno, ipso, quod inuidit, freto turbulentior, nisi cum fretu uenit excitetur. Rhodanus sequitur & cum serenum est, atque ideo inter tres Europe maximos fluuios, & buntur

bunc computant. Aquæ quoq; Sextiæ eo loco clat
ruerunt, quondam hyberna consulis, postea exultæ
mœnibus. Quarū calor olim acrior exhalatus per
tempora euaporauit, nec iam par est famæ priori.
Si Græcos cogitemus, præstat respicere litus Tarell
tinum. Vnde à promontorio, quod Acran Iapygia
an uocant, Achaiam cursum destinantibus, citissima
nauigatio est.

D E Q V I B V S D A M I G N O B I^{IS}
libus Tyrrheni maris insulis, quæ Ita-
liae adiacent. De Corsica, & Ca-
tochite lapide. Cap. IX.



Lectendus hinc stylus est, terrarū uo-
cant alia, & longum est, ut moratim,
insularum omnī oras legamus, quas
cunque promontoria Italica prospes-
Etant. Quamuis sparsæ recessibus amoenissimis, &
quodam naturæ quasi spectaculo expositæ non ea-
rant omittendæ. Sed quantum residendum est, si dia-
latis, quæ precipua sunt, per quandam desidiā, aut
Pandatariam, aut Prochytam dicamus, aut ferri fera-
cem Iluam, aut Caprariam, quam Græci Αιγαίου
dicunt, aut Planasiam de facie supina freti, uel Vly-
gis erroribus sic uocatam, uel Columbariam autem
huius



huius nominis matrem, uel Ithaceiam, quæ Vlyxis
 proditur specula, uel Aenariam, Inarimen Homero
 nommatam, aliasq; non secus letas, inter quas Cor Corsica
 sciam plurimi in dicendo latius circumiecti plenis= fulo.
 sima narrandi absoluunt diligentia, nihilq; omis-
 sum, quod retractari non sit superuacuum. Ut exor-
 dium incolis Ligures dederint, ut oppida ibi extru-
 eta sint, ut colonias ibi deduxerint Marius & Sylla,
 ut ipsa Ligustici sinus æquore alluatur. Sed hæc fa-
 cessant. Verum ager Corsicanus (quod in eo agro
 unicum est) solus edit, quem Catochiten uocant la= Catochites.
 Pidem fatu dignissimum: maior est cæteris, qui ad
 ornatum destinantur, nec tam gemma, quam cau-
 tes. Idem impositas manus detinet, ita seiunctis cor-
 poribus annexens, ut cum ipsis hæreat, à quibus tā-
 gitur. Sed ei inest uelut de glutino lentiore nescio
 quid par, atque gummi. Accepimus Democritum
 Abderiten ostentatione scrupuli huius frequenter u-
 sum, ad probandum occultam noturæ poten-
 tiæ in certaminibus, quæ contra
 Magos habuit.

SAR.


SARDINIA INSULA. DE SO

22 **Solifuga.** Sardonia herba, de cę eius
insulæ miris aquis.
Cap. X.



Ardinia quoq; quam apud Timeum
Sandalioten legimus, Ichnus an apud
Crispum, in quo mari sita sit, quos
incolarum authores habeat satis cele-
bre est. Nihil ergo attinet dicere, ut Sardus ab Her-
cule, & Norax à Mercurio procreati, cum alter à
Lybia, alter abusq; Tarieso Hispanie, in hosce fines
permeauissent. A Sardo terræ, à Norace Nore oppi-
do nomen datum. Mox Aristaeum regnando his pro-
ximè in urbe Carali, quam condiderat, ipse coniun-
cto populo utriusq; sanguinis sciuges usq; ad se gen-
tes ad unum morem coniugasse, imperium ex inso-
lentia nihil aspernatas. Sed et hic Aristaeus Iolaum
creat, qui ad id locorum agros ibi infedit. Præterea
& Ilienses, & Locrenses transcamus.

Sardinia est quidem absq; serpentibus. Sed quod
Solifuga. alijs locis serpens est, hoc Solifuga Sardois agris.
Animal per exiguum, simileq; araneis forma, Soli-
fuga dicta, quod diem fugiat. In metallis argentarijs
plurima est, Nam solum illud argenti diues est. Oca-
cultum



cultim reptat, & per imprudentiam supersedentibus, pestem facit.

Huic incommodo accedit, et herba Sardonia, q̄ in Sardonia defluuijs fontaneis prouenit largius iusto. Ea si educta herbae facit, uescientibus neruos contrahit, rictu ora ducit, ut qui mortem oppetunt, uelut ridentium facie intereant. Contrà quicquid aquarum est, uariè commodis seruit. Stagna pisculentissima. Hybernæ pluiae in aestuam penuriane reseruantur. Nam homo Sardus opem plurimā de imbrido cœlo habet. Hoc collectaneum depascitur, ut sufficiat usui, ubi defecerint scaturigines, quæ ad uictum usurpari solent. Fontes sane calidi, et salubres aliquot lotis effervescent, qui medulas afferunt. Aut solidant ossa fracta, aut abolēt à Solifugis insertum uenenum, aut etiā ocularias dissipant & gritudines. Sed qui oculis medentur, & coarguenda ualent furibus. Nam quisquis sacramento raptum negat, lumina aquis attrectat. Vbi periurium non est, cernit clarius: si perfidia abnuit, detegitur facinus cœcitatem, & captus oculis, admissum tenebris fatetur.

N

D

DE SICILIA, DE Q V E P
23 culiari soli, ac aquarū natura. De Aet
na monte, ac reliquis eius insulæ miris
plurimis. De Vulcanijs septem
insulis. Cap. XI.



I respiciamus ad ordinem temporū
uel locorum: post Sardiniam res uo
cant Siculæ. Primo quod utraq; insula
in Romanam potestatem rediit
ijsdem temporib. prouincia facta est, cum eodem an
no Sardiniam M. Valerius, altera C. Flaminius pr
tor sortiti sunt. Adde quod fredo Siculo excipitur
Sicilia acra, nomen Sardoi maris. Ergo Sicilia, quod cum pri
mis assignandum est, diffusis promontorijs Trique
tra specie figuratur. Pachynus aspectus in Pelopon
nesum & meridianam plagam dirigit: Pelorus ad
uersam ueffero Italiam uidet: Lilybeus in Africam
extenditur. Inter quæ Pelorias præstat temperie so
lii prædicata, quod neq; humido in lutum diluatur,
neq; fatiscat in puluerem siccitate. Ea ubi retror
sum recedit, & in latitudinem panditur, tres lacus
obtinet. Quorum unus, quod piscium copiosus est,
non equidem ad miraculum duxerim, sed quod ei
proximans condensis arbustis inter virgultorum

pacis



paca feras nutriat, & admissis uenantibus per terrae
nos tramites, quibus pedestres accessus excipit, du-
plicem piscandi, uenādiq; prebeat uoluptatem, in-
ter memorabilia numeratur. Tertium ara sacrū apō
probat, quæ in medio sita, breuia diuidit à profun-
dis. Quā ad eam pergitur, aqua crūrum tenus per-
uenit: quod ultra est, nec explorari licet, nec attin-
gi: & si fiat, qui id ausus sit, malo plectitur, quan-
tamq; sui partem ingurgitauerit, tantam it perditū.
Ferunt quendam in hec alta, quam longissimam po-
terat iecisse lineam: eam ut recuperaret dum demer-
so brachio nūsum adiuuat, cadauer manum factam.

Peloritana ora habitatur colonia, Taurominia,
quam prisci Maxum uocabant. Oppidum Messana
Rbegio Italiae oppositum est, quod & hegum à de-
biscendi argumento γρύον Greci dicitabant. Pa-
chynum, Thynnis, & omnibus mari nantibus piscis
lentissimum, ac propterea semper capture larga.
Lilybitano Lilybicum oppidum decus est Sibylle se-
pulchro. Sicaniæ diu ante Troiana bella, Sicanus
rex nomen dedit, adiectus cum amplissima ibero-
rum manu: post Siculus Neptuni filius. In hanc plu-
rimi Corinthiorum, Arguorum, Iliensium, Dorien-
sium, Cretensium, confluxerunt, inter quos & Dæ-
dalos fabræ artis magister. principem urbium Syria-
cusas habet. In qua etiam cum hyberno conduntur

VRBES SICILIÆ

N 2 Serend

serena, nullo non die Sol est. Adde quod Arethus
 Aetna & sons in hac urbe est. Eminet montibus Aetna, & Ea
 Eryx. ryce. Vulcano Aetna sacer est, Eryx Veneris. in Acte
 ne uertice hiatus duo sunt, crateres nominati, per
 quos eructatus erumpit vapor, premisso prius fice
 mitu, qui per aestuentes caueratum latebras longo
 mugitu intra terram uiscera diu uoluitur, nec ante se
 flamarum globi attollunt, quam interni strepitus
 antecedant. Mirum hoc est, nec illud minus, quod in
 illa feruentis naturae peruvicatia, mixtas ignibus nio
 ues profert, & licet vastis exundet incendijs, apicis
 canicies perpetua, brumalem detinet factem. Itaque
 inuicta in utroq; uiolentia, nec calor frigore mitti
 gatur, nec frigus calore dissoluitur.

Sunt & alij montes duo Nebrodes, & Neptu-
 nius. E' Neptunio specula est in pelagus Thuscum,
 & Adriaticum: Nebrodi damarum copia nomen
 dedit. Nebrodem Damæ, & hinnuli gregatim per-
 vagantur, inde Nebrodes.

Quicquid Sicilia gignit, siue soli, siue hominii
 ingenio proximum est his, quæ optima indicantur,
 nisi quod foetus terræ Centuripino croco uincitur.
 Hic primum inuenta Comœdia. Hic & cauillatio
 Siciliæ meæ Comica in Scæna stetit. Hic domus Archimedis, qui
 morabilia. iuxta syderum disciplinam machinarius commen-
 tator fuit, Hic Lais illa quæ eligere terram maluit,
 quam

quam fateri. Gentem Cyclopum uasti testantur spe-
cūs, Læstrigōnum sedes adhuc sic uocantur. Ceres
imde magistra sationis frumentariæ. Hic ibidem cā-
pus Aetnensis in floribus semper, & omni uernus
die. Quem propter est demersum foramen, quo Di-
tem patrem ad rapius Proserpinæ liberè exeuntem
fama est in lucem ausum.

Inter Catinam, & Syracusas certamen est de il-
lustrium fratrum memoria, quorum nomina diuer-
se sibi partes adoptant. Si Catmenses audiamus, A-
napias fuit, & Amphimomus: si quod malunt Syra-
cuse, Emanthiam putabimus, & Tritonē. Caumen-
sis tamen regio causam dedit facto, in quam secum
incendia Aetnæ protulissent, iuuenes duo sublatos
parentes euexerunt inter flammas illæsi ignibus. Ho-
rum memoriam ita posteritas munerata est, ut sepul-
chri locus nominaretur campus Piorum.

De Arethusa, & Alphæo uerū est hæc tenus quod
conueniunt fons, & amnis. Fluminum abunde mi- Mirabiles
racula uaria. Dianam, quia ad Camerinam fluit, si aquæ.
habities impudicæ hauserit, non coibunt in corpus
unum latex uineus, & latex aquæ. Apud Segesta
nos Herbesus in medio flumine subita exæstuatione
feruescit. Ac in quamvis dimissum Aetna, nullus fri-
gore anteuerit. Himereum coelestes mutant plan-
te: amarus deniq; est, dum in Aquilonem fluit, dul-

cis ubi ad meridiem flectitur.

Quanta in de-

Salinæ quis, tata est nouitas in Salinis. Salem Agrigentum
Siculæ. si igni iunxeris, soluitur usione, cui si liquor aqua
 propinquauerit, crepitat ueluti torreatur. Purpura
 reum Aetna mittit, in Pachyno translucidum inue-
 nitur. Cætera Salinarum metallæ, quæ sunt, aut A-
 grigentino, aut Centuripis proximantia, funguntur
 cautium ministerio. Nam illinc excidunt signa ad fa-
 cies hominum, uel deorum. Thermitanis locis insu-
 la est arundinum ferax, quæ accommodatissima sunt
 in omnem sonum tibiarum, siue præcentorias faci-
 as, quarum locus est ad Puluinaria præcincti, siue
 Vascas, quæ foraminum numeris præcentorias an-
 tecedunt, seu Puellatorias, quibus à sono clariore no-
 camen datur, siue Gyngrinas, quæ breuiores licet
 subtilioribus tamen modis insonant, aut Miluindæ,
 quæ in accentus excent acutissimos, aut Lydias, quas
 & Turarias dicunt, uel Corinthias, uel Aegyptias,
 alias siue musicis per diuersa officia, & nomina sepa-
 ratas. In Halesina regione fons alias quietus, & trâ-
 quillus, cum filetur, si insonent tibiæ, exultabundus
 ad cantum eleuatur, & quasi miretur dulcedinem
 uocis, ultra margines intumescit. Gelonium stagnum
 tetro odore abigit proximantes. Ibi & fontes duo:
 alterum si sterilis sumpserit, fœcunda fieri, alterum
 si fœcunda bauserit, uertitur in sterilitatem. Stagnus
 Petrense

Petrensum serpentibus noxiū est, homini salute
re in lacu Agrigentino oleum supernatat. Hoc pin-
gue hæret arundinum comis de aſſiduo uolutabro,
e quārum capillamentis legitur unguentum medi-
cum, contra armentarios morbos.

Nec longè inde collis Vulcanus, in quo quidiui- Collis Vul-
næci operantur, ligna uitea super aras struunt, canus.
nec ignis apponitur. In hinc congeriem cum Pro-
ficias intulerint, si adest Deus (sic sacrum proba-
tur) ſarmenta licet uiridia ignem ſponte concipiunt,
et nullo inflagrante à litato numine fit accendium.
Ibi e pulantibus alludit flamma, quæ flexuofis ex-
cessibus uagabunda, quem contigerit non adurit.
Nec aliud est, quam imago nuncia perfecti ritè uoti.
Idem ager Agrigentinus eructat limosas scaturigi-
nes. Et ut uenæ fontium ſufficiunt riuis ſubmini-
ſtandis, ita in hac Siciliæ parte, ſolo nunquam de-
ſiciente, æterna reiectione terram terra euomit.

Achatem lapidem Silicia primum dedit in Acha Achates lapis
tis fluminis ripis repertum, non uilem, cum ibi tan- preciosus,
tum reperiretur. Quippe interſribentes eum ue-
na naturalibus ſic notant formis, ut cum optimus
eft, uarias præferat rerum imagines. Vnde annulus
Pyrrhi regis, qui aduersus Romanos bella geſtit,
nō ignobilis famæ fuit, cuius gemma Achates erat,
in quo nouem uafe cum inſignibus ſuis ſingulae,

Apollo tenens citharam uidebantur nō impressis figuris, sed in genitū: nunc diversis locis apparet. Dat Creta, quem Coralochate dicunt corallo similem, sed illitum guttis auro micantibus, & scorpiorum icthibus resistentem. Dat india reddentem nunc nemorum, nunc animalium facies, quem uidisse oculis fauet, quiq; intra os receptus sedat fitum. Sunt & qui usq; redolent Myrhæ odorem. Achates sanguinis maculis irrubescit. Sed qui maximè probatur, uitream habent perspicuitatem, ut Cyprus. Nam qui sunt facie cærea abundantes trivialiter negliguntur. Omnis ambitus huius insulae clauditur stadiorum tribus milibus.

Insulæ vulcanicæ. In freto Siculo apæcias, insulae XXV milibus passuum ab Italia absunt, Itali Vulcanias uocant. Nam ex ipso natura soli ignea, per occultam cœmertia, aut mutuantur Aetnæ incendia, aut submissi strant. Hic dicta sedes Deo ignium. Numero septem sunt. Liparae uomen dedit rex Liparus, qui eā ante Aeolum rexit. Alteram Hieram uocauerunt. Ea præcipue Vulcano sacrata est, et plurimum colebatur. Eminentissimo nocte ardet. Strongyle tertia, aeo li domus iergit ad solis exortum minime angulosa, quæ flammis liquidioribus differt à cæteris. Hæc causa efficit, quod ex eius fumo potissimum incolebatur, persentiscunt, qui nam flatus in triduo sint futuri.

Quo

Quo factum, ut Aeolus rex uentorum crederetur.
Ceteras Didymen, Ericusam, Phœnicusam, Euno-
mon, quoniam similes sunt, dictas habemus.

DE TERTIO EVROPAE SI-
NU, De Græciæ regionibus, ac locis,
de quibz memorandis in eis plurimis.

De Perdicum natura.

Cap. XII.



Ertius Europæ sinus incipit à Cerau-
nijs montibus, definit in Hellepon-
tum. In eo apud Molosso, ubi Dodo-
næi Iouis templū est, Tomarus mons
est, circa radices nobilis centum fontibus, ut Theo-
Pompo placet. In Epiro sacer fons, frigidus ultra Græcie me-
omnes aquas, et spectatæ diuersitatis. Nam in eum morabilia-
si ardenter immergus facem, extinguit, si procul,
ac sine igni admoues, suopte ingenio inflamat. Do-
done (ut Maro dicit) Ioui sacra est. Delphi Cephi-
se flumine, Castalio fôte, et Parnassi iugis celebres.
Acarnania Aracyntho eminet. Hanc ab Aetolia Pin-
dus diuidit, qui Acheloum parit, cum primis Græ-
ciæ annibus preeditum ueteri claritate. Nec iniu-
rid, cum inter calculos, quibus ripæ eius micant Ga-
lactites inueniatur, qui scrupulus ipse ater, si tera- Galactites.

N 5 tur,

tur, reddit succum album ad lactis saporem. Fœminis nutrientibus illigatus, fœcundat ubera. Subnexus paruulis largiusculos haustus salinarum facit: intra os receptus, liquefit. Cū soluitur tamen, memoriae bonum perimit: quem post Nilum Achelous dat, tertium nemo.

Propter oppidum Patras, Scioessa locus nouem collum opacitate umbrosus, & radijs solis fermè inuisus, nec aliam ob causam memorabilis. In Læ^a
Tenaron., conia spiracula est Tænaron. Et Tænaron est promontorium aduersum Africæ, in quo fanum Melthymni ei Arionis, quem Delphine eò aduectum, imago testis est ærea ad effigiem casus, & ueri operis expressa. Præterea tempus signatum Olympiae de undetricesima, qua in certamine Siculo idem Arion uictor scribitur, id ipsum gestum probatur. Est & oppidum Tænaron nobili uetus state. Præterea aliquot urbes, intra quas Leuctræ, non obscuræ iā. pridem Lacedæmoniorum fœdo exitu. Amycle silentio suo quondam pessundatae, Sparta insignis cū Pollucis, & Castoris templo, tum enim Othryadis illustris uiri tūlīs. Theranæ, unde primū cultus Diana. Pitane, quam Archesilaus Stoicus inde ortus prudenter suæ meritò in lucem extulit. Antia, & Cardamyle, ubi quondam fuere Thyre, nunc locus dicitur, in quo anno septuaginta regni Rō. multi

muli inter Lacouas, & Argiuos memorabile fuit bellum. Nam Taygeta mons, & flumen Eurotas notiora sunt, quam ut styllo egeant. Inachus Achaiae amnis Argolicum secat tractum, quem rex Inachus a se nominavit, qui exordium Argius nobilitati primus dedit. Epidauro decus est Aesculapij facelium, cui incubantes & gritudinum remedia capessunt de monitis somniorum. Pallantem Arcadiæ oppidum, quod Palatio nostro per Euandrum Arcada appellationem dederit, sat est admonere. In qua montes Cyllene, et Lycaeus Menalus etiam, dijs aluminis claruerunt. Inter quos nec Erymanthus in obscuro est. Flumen Erymanthi Erymantho monte demissus. Et Ladon ille, Herculis pugna hic planè clara sunt. Varro perhibet fontem in Arcadia esse, cuius interimat haustus.

In hac terrarum parte de aliis hoc solum non indignum relatu comperimus, quod cum alijs locis merula fulua sit, circa Cyllenem candidissima est.

Nec lapidem spreuerimus, quem Arcadia mittit, *Asbestos lapis*. Asbesto nomen est, ferri colore: hic accessus semel extingui non potest.

In Megarensum sinum istibmos exit, Iudis quinquennialibus, & delubro Neptuni inclitus. Quos Iudos eapropter institutos ferunt, quod sinibus, quinque Peloponnesi ora abluuntur. A septentrione, o-

nio,

nio, ab occidente Siculo, à brumali occidente Ae-
gæo, à Solstitiali oriente Myrtoo, à Meridie Creti-
co. Hoc spectaculum per Cypricum tyrannum in-
termissum, Corinthij Olympiade quadragesimane

Peloponnesus. na solennitati pristinæ reddiderunt. Ceterum Pe-
loponneson à Pelepe regnatam nomen indicio est.
Ea ut Platani folium recessibus, & prominentijs fin-
gurata, diuortium sa it inter Ioniū, & Aegaeū
mare, quatuor non amplius milibus distans ex-
truncq; littus excursu tenui, quem is^o μῆρα dicit, ob
angustias. Hic Hellas incipit, quam propriè uerā no-
Attica. lunt esse Græciam, quæ nunc Attica, Aite prius dī-
cta. Ibi Athenæ, cui urbi saxe Scyronia propinquā
sunt, porrecta sex millibus passuum, ob honorem ul-
toris Thesei, & memoriā nobilis pœnæ sic nominata.
Ex his rupibus Ino se cum Palæmoni filio in pro-
funda præcipitem iaculata, auxit maris numina.

Attici mōtes. Nec Atticos montes in partem tacebimus. Est Io-
carus, est Brileffus, est Lycabettus, & Aegialus. Sed
Hymeto meritissime tribuitur principatus, quod
apprimè florulentus eximio mellis sapore, & exter-
nos omnes, & suos uincit. Callirrhoen supēt fontem,
nec ideo Cruneson fontem alterum nulli rei na-
merant. Atheniensibus iudicij locus est eriopagus,
Marathon cāpus factus memorabilis opinione pre-
lij cruentissimi.

Mullia

Multæ quidem insulæ obiaceant Atticæ continen^t insulæ,
tis, sed suburbanæ fermè sunt. Salamis, Sunium, Cœs
cœws, quæ, ut Varro testis est, subtilioris uestis ame
cula, arte lanificæ scientiæ prima in ornatum fœni
tarum dedit.

Bœotia Thebis emitet. Thebas cōdidit Amphion, Thebæ urbe
non quod lyra saxa duxerit (neq; enim pars est id ita
gestum uideri) sed quod assatus suauitate homines
rūsum incolas, incolus moribus rudes, ad obsequiū
ciuiiles pellexerit disciplinam. Urbs ista numinibus
apud se ortis gloriatur, ut perhibent, qui sacrificari
numibus Herculem, & Liberum celebrant. Apud
Thebas Helicon lucus est, Citheron saltus, amnis Is
menius, fontes Arethusa, Oedipodia, Psammates,
Dirce. Sed ante alios Aganippe, & Hippocrane.
Quos Cadmus literarum repertor primus, quoni
am equestri exploratione primus deprehendisset,
dum rimatur, quænam adisset lota, incensa est licen
tia poëtarum, ut pariter utrumq; uulgarent, scilicet
quod eorum alter alitis equi ungula solicitatus fo
ret, alter potus facundia animas irrigaret. Et quod
sperta foret alitis equi ungula, & quod poti in spi
rationem facerent literarum. Eutœa insula laterū
objectu efficit Auidis portum, sœcuis traditū Græ
te coniurationis memoria.

Bœotij ydem sunt, qui Leleges fuerunt, per quos Bœotij
defluens

defluens Cephisus amnis se in maria condit. In ha-
continentia Opuntias sinus, Larissa oppidum, Del-
phi, Rhamnus quoq; in qua Amphiarae fanum, Ο
Phidiacæ signum Diana. Varro opinatur duo in
Boeotia esse flumina, natura licet separati, miracu-
lo tamen non discrepante. Quorum alterum si ouil-
lum pecus debibat, pullum fieri coloris, quem indu-
erit. Alterius haustu quæcunq; uellerum fusca sunt,
in candidum uerti. Addit etiam uideri ibi puteum
pesti entem, cuius liquor mors est baliriætibus. Per-
dices sanè cum ubiq; liberæ sint, ut aues uniuersæ.
Perdices. in Boeotia non sunt, nec cum uolant, sui sunt iuris.
Sed in ipso aëre, quas transire non audeant, metas
habent: inde ultra notatos iam terminos nunquam
excunt, nec in Atticum solum transmeant. Hoc Boeo-
tis proprium. Nam quæ communia sunt omnibus
generatum persequemur. Concinnantur à perdici-
bus nidi munitione solerti. Spineis enim fruticibus,
ac surculis receptus suos uestiu., at animalia, que
infestant, arceantur à spinis surculorum. Ovis stra-
gulum puluis est, ad quæ clanculo reuertuntur, ne
indictum loci cōuersatio frequens faciat. Plerumq;
fœminæ transuehunt partus, ut mares fallant, qui
eos impatientius affligunt, sepissimè adulentes. Di-
micatur circa connubium, uictosq; credunt fœmia
marum uice Venerem sustinere. Ipsas libido sic agia-
tat, ut

tat, ut si uentus à masculis flauerit, fiant prægnantes odore. Tunc si quis hominum ubi incubant, propinquabit, egressæ matres uenientibus sese sponte offerunt, et simulata debilitate uel pedum, uel alarum quasi statim capi possint gressus fingunt tardiores. Hoc mendacio sollicitant obuios, et eludunt, quoad profecti longius à nidis auocentur. Nec in pullis studium segnius adcauendum. Cum enim ad uios se per entiscunt, resupinati glebulas pedibus tollunt, quarum obiectu tam callide proteguntur, ut lateant etiam deprehensi.

DE THESSALIA, ET IN EA
Oppidis. De Peneo flumine. De Tem-
pe amœnitate. De Olympi mōtis mi-
ra altitudine. A' quoque Philippi
regis erutus oculus.

Cap. XIII.

 Hessalia eadem est, et Aemonia, quæ Homerus Ἑλασσονίκη co-
gnominat. Vbi genitus Hellen, à quo
reges Hellenes nominati. Huius à ter-
go Pieria ad Macedoniam protenditur, quæ deui-
cta sub Macedonum uenit iugum. Multa ibi oppi-
da, Flumina multa. De oppidis egregia sunt Phthid,
Larissa.

Larissa, Thessalia, et Thebea. De annibus Peneus,
qui propter Ossam, Olympumq; decurrens collibus
dextra lœuac; molliter curuis, nemorosis conualli-
bus Thessalico facit Tempe, undisq; apertior Ma-
cedoniam, ac Magnesiam interluens, in Thermae
sinum conditur. Thessalæ sunt Pharsalici cam-
pi, in quibus ciuilium bellorum detonuerunt pro-
celle.

Montes Ac ne in montes notos eamus Pindū, et Othrym
Thessal. agitent, qui Lapitarum originem prosequuntur.
Ossam, quos Centaurorum fabulis immorari iuuati
Pelion autem nuptiale conuiuum Thetidis, atque
Pelei in tacum notitiae obtulit, ut taceri de eo magis
mirum sit. Nam Olympum ab Homero non perau-
daciam celebratum docent que in eo uisitantur. Pri-
Olympus. mò excellenti uertice tantus attollitur, ut summa ei-
us coelum accole uocent. Ara est in cacumine ioui-
dicata, cuius altaribus siqua de extis inferuntur, nec
difflantur uento sis spiriibus, nec pluuijs diluuntur,
sed uolente altero anno cuiusmodi relictâ fuerint,
cuiusmodi reperiuntur. Et omnibus tempestatibus à
corruptelis aurarum uindicatur quicquid ibi semel
est Deo consecratum. Literæ in cinere scriptæ, usq;
ad alteram anni Cærimoniam permanent.

In regione Magnesia Methone oppidū est, quod
cum ob sideret Philippus Alexandri Macedonis Ma-
gni p[er]d[er]it.

gni pater, damnatus est oculo iactu sagittæ, quan
decerat Aster oppidanus inscriptam suo nomine, lo-
co vulneris nomine, quem petebat. Populum istum
callere arte sagittaria credere possumus, uel de Phi-
loctete, quoniam Melibœa in hoc pede cōputatur.
Sed ne transeamus præsidium poëtarum, fons Li-
bethrus, & ipse Magnesiæ est.

DE M A C E D O N I A , E I V S Q U E
regum successione, & Pæanti-
de lapide. Cap. xiiii.

 Vi Edonij olim populi, quæq; Mygdo-
nia erat terra, aut Pierum solum, uel
Emathium, nunc omne uniformi uo-
cabulo Macedonica res est, & parti-
tiones, quæ specialiter ante se iungabantur Macedo-
num nomini contributæ, factæ sunt corpus unum. Is-
gitur Macedoniam præcingit Thracius limes. Me-
ridiana Thessaliæ, & pirotæ tenent. A' uesperali plæ-
ga Dardani sunt, & illyrij. Qua septentrione tun-
ditur, Poœonia, ac Pelagonia protegitur. A' Tribala-
lis, montanis excessibus Aquilonio frigori obiecta.
Inter ipsam, & Thraciam Strymon amnis facit ter-
minum, qui ab Hiæni iugis irrigat.
Verum ut fileam, aut Rhodopen Mydonium

8 mortis

montem, aut Authoron classibus Persicis nauigatum, continentiq; abscissum mille quingentorum passuum longitudine, simul de auri uenis, & argenti, quæ optime in agris Macedonum, & plurimæ eruuntur;

Orestidæ. Orestiden dicam, Populi sunt, qui, ut Orestidæ dicerentur, inde cœptum. Mycenis pro fugus matricida, cum abscessus longius destinasset, natum sibi in Emathia paruulum de Hermione, quam in omnes casus sociam ascuerat, hic mandauerat occulendum. Adoleuit puer in spiritu regij sanguinis nomen patris sui referens, occupatoq; quicquid esset, quod præcedit in Macedonicum sinum, & Adriaticum salū, terram, cui imperituerat Orestiden dixit.

Phlegra, Gi-
gantum in-
ternetione me
morabilis.

Admonet Phlegra, ubi antequam oppidum fit ret, rumor est militiam mundi dimicatam cum Gigantibus, ut penitus persequamur quantis probatio- nibus ibidem imperij indicia diuitiae expeditio- nis in hoc sæculo perseverarint. Illic si quando, illa accidit, nymphis torrentes excitantur, & aucta aqua rum pondera ruptis oblicibus ualentius se in cam- pos ruunt: eluione ossa etiam nunc feruntur dete- gi, quæ ad instar corporis sunt humani, sed modo grandiori, quæ ob enormem magnitudinem mon- strosi exercitus iactitant extitisse, idq; adiuuatur ar- gumento saxorum immanium, quibus oppugnatum ecelum crediderunt.

Pergam

Pergam ad residua, quæ in Thessalam, & Aemoniam porrigitur. Sunt enim arrectiora, quam in squam proceritas montana attolli ualeat. Nec est in terris omnibus, quod meritò ad istas eminentias comparetur. Quippe quas solas diluvialis irru-
piò, cum uniuersa obduceret, humido situ inacces-
sas reliquit. Durante uestigia non languidae fidei, quæ
bus apparet hos locos superstites undosè tempesta-
ti fuisse. Nā in latebrosis rupium cava mīnibus, quæ
fluctuum configijs tunc ades a sunt reduciuæ. Con-
chyliorum residerunt, & alia multa, quæ affatinæ
mari incito expuuntur. Ita ut sint licet facie medi-
terranea, apparent tamen specie litorali.

Nunc de incolis reddam. Aemathius, qui primus
in Aemathia accepit principatum, seu quia indago Macedonijs
originis eius ævo dispergit, seu quia alta res est, gen, qui imperio
nuimus terræ habetur. Post hunc in Macedonijs ex- tārit
ortum Aemathiæ nomen perficit. Sed Macedo De-
calionis maternus nepos, qui solus cum suæ domus
familia morti publicæ superfuerat, uertit uocabulūz
Macedoniām q; à se dixit. Macedonem Caranus in-
sequitur, dux Peloponnesiacæ multitudinis, qui ius
xta responsum datum à Deo, ubi caprarium pecus
resedisse adueterat, urbem condidit, quam dixit
Aiyæs, in qua sepeliri reges mos erat, nec alter ex-
cellentium uiorū bustis apud Macedonas priscoz

dabatur locus. Succedit Carano Perdicca altera & vicesima Olympiade, primus in Macedonia rex nominatus. Cui Alexander Amyntæ filius diues habitus est, nec immerito: ita enim affluenter successor eius ampliandis opibus proficiebant, ut ante omnes Apollini Delphos, Ioui Hæliden statuas aureas dono miserit. Voluptati aurum indulgentissime deditus, sic ut plurimos, qui fidibus sciebant, dum uixit, in usum oblectamenti donis tenuerit liberalibus, inter quos et Pindarus Lyricum. Ab hoc Archelaus regnum excepit, prudens rei bellicæ, nauarium etiam commentor præriorum. Is Archelaus in tantum literarum amator fuit, ut Euripi Thragico consiliorum suorum summam crederet. Cuius suprema non contentus prosequi sumptu funeris, crimen tonsus est, et moerorem, quem animo conceperat, ulti publicauit. Idem Archelaus Pythias et Olympicas palmas quadrigis adeptus. Graeco potius animo quam regali, gloriam illam præse tulit. Post Archelaum Macedonica res dissensione iactata in Amyntæ regno stetit, cui tres liberi, sed Alexander patri succedit. Quo exempto, Perdicca primo data copia amplissime potestatis, qui obiens, hæreditarii regnum fratri Philippo reliquit. Quem captum oculo dextro apud Methonem supra diximus, cuiusq; debilitatis omen præcessera. Nam cum nuptiis ageret

geret, acciti Tibicines carmē Cyclopeum quasi de colludio concinuisse traduntur. Hic Philippus Magnum procreat Alexandrum, quamlibet Olympias Alexandri mater nobiliorem ei patrem acquirere affectauerit, cum se coitu draconis consatam affir- Alexander maret. Ita tantum ipse egit, ut Deo genitus credere Magnus. cur. Peragrauit orbem rectoribus Aristotele, & Calisthenes usus. Subegit Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum: Taurum, Caucasumq; transgressus est. Bactros domuit, Medis & Persis imperauit. Cepit indiam, emensus omnis, ad quæ Liber, & Hercules accesserant. Forma supra hominem angustiore, cervice celsa, laetis oculis, & illustribus malis ad gratiam rubescientibus, reliquis corporis lineamentis non sine maiestate quadam decorus. Victor omnium, uino, & ira ui- clus, morbo uimolentiæ apud Babylonem humiliatus, quām uixerat, fortuna exemptus est. Post quem qui fuerunt magis ad segetem Romanæ gloriae, quā ad hereditatem tanti nominis ortos inuenimus.

Macedonia lapidem gignit, quem Pæantiden Pæantis. vocant. Hunc eundem & concipere, parere, & par turientibus opitulari fama prodigia est.

Circa Tiresiae sepulchrum
plurimus inue-
nitur.

DE THRACVM MORIBV^S
 institutisq;. De Thraciæ locis, ac po-
 pulis. De Gruibus, Hirundinibusq;
 De Helleponto, deq; Claro in-
 sula, & Aegæo mari.
 Cap. XV.

Nunc in Thraciam locus est pergeri
 & ad ualidissimas Europæ gētes uel
 la obuertere. Quas qui sedulò expe-
 riri uelit, non difficulter deprehendet,
 Thracibus & Barbaris messe contemptum uip-
 tæ, ex quadam naturalis sapientiæ disciplina. Con-
 Thracum cordant omnes ad interitū uoluntarium, dum non
 mores. nulli eorum putant obeuntium animas reuertiri, ab
 non extingui, sed beatas magis fieri. Apud plu-
 mos luctuosa sunt puerperia. Deniq; recentem na-
 tum fletu parens excipit. Controuersum leta fune-
 funera, adeò ut exemptos gaudeo prosequantur.
 Vxorū numero se uiri iactitant, & honoris loci
 ducunt multiplex coniugium. Que fœminæ tensio-
 ces sunt pudicitiae, defunctorum insiliunt coniugii
 rogos, & quod maximè insigne ducunt castitatis
 precipites in flammas eunt. Nuptiæ non parentis
 arbitratu transiunt ad maritos, sed que præcessere
 gis spu

tis specie ualent, subhastari nolunt, & licentia taxationis admissa, nō moribus nubunt, sed præmisi. Quas formæ premit dedecus, dotibus emunt, quibus coniungantur. Vterque sexus epulantes, focos ambiunt herbarum, quas habent semime ignibus superiecto. Cuius nidore perculsi, pro lætitia habent imitari ebrietatem sensibus sauciatis. De riuu ista sunt.

De locis, & populis quæ sequuntur. Strymonē Loco populeo colunt dextro latere Denselatae. Bessorum quoq; liq; bracte. multa nomina adusq; Nestum annem, qui radices Pangei circumfluit, Hebrum Odrysarum solum fundit, qui fluuius excurrat inter Priantas, Dolonias, Thynos, Corpyllos, aliosq; Barbaros, tangit & cunctas. Deinde Aenus sex millibus passuum arduus, cuius auersa Mœsi, Getae, Sarmatae, Scythæ, & plurimæ incident nationes. Ponticum littus Scythonia gens obtinet, quæ nato ibi Orpheo uare decus addidit nomini. Quem siue sacrorum, siue cantuum secreta in Sperchio promontorio agitasse tradunt. deinde stagnum Bistonium. Nec longè regio Maronea, in qua Tyrida oppidum fuit, equorum Diomedis stabulum. Sed cessit æuo, solumq; turris uestibulum adhuc durat. Inde non procul urbs Abderra, quam Diomedis soror & cōdidit, et à sesic uocauit. Mox Democriti domus Physici, ac si uerum rimere, ideo

nobilior. Hanc Abderam Olympiade prima, et trigesima senio, collapsam Clazomenij ex Asia ad maiorem faciem restitutam, oblitteratis, quæ præcesserant, nomini suo vindicarunt. Locum Doriscon illustrem reddidit Xerxis aduentus, quod ibi recoluit militis sui numerum. Polydori iumentum ostendit Aemus in parte, quam Arroteres Scythæ celebrant. Quondam urbem Geraniam, Cattuzam uocat Bari bari, unde à gruibus Pygmæos ferunt pulsos. Marnifestum sane est in Septentrionalem plagam hyeme grues frequentissimas conuolare.

Gruum militia. Nec pigerit memuisse, quatenus expeditiones suas dirigant. Sub quodam militiæ eunt signo et ne pergentibus ad destinata uis flatum renitatur, arenas deuorant, sublatiisque lapillulis ad moderatam graduitatem saburrantur. Tunc se tollunt in altissima, ut de excelsiori specula metentur, quas petant terras. Pidens meatu præit cateruas. Volatus desidiam cästigat, uoceque cogit agmen: ea ubi obrauata est, succedit alia. Pontum transituræ angustias captant. Et quidem eas promptum est oculis deprehēdere, que inter Tauricam sunt, et Paphlagoniam, id est, inter Carambin, et λεπίς μέτρων. Cum trans medium alueum aduentasse se sciunt, scrupulorum sarcina pedes liberant, ita nautæ prodiderunt, compliti sepe ex illo casu imbre saxatili. Arenas non prius euomunt,

euomunt, quam securæ sedis suæ fuerint. Concors cura omnium pro fatigatis, adeo ut si quæ defecerint, congruant uniuersæ, lassatasq; sustollant usq; dum vires ocio recuperentur. Nec in terra cura segnior. Excubias nocte diuidunt, ut ex somnis sit decima quæq;. Vigiles ponduscula digitis amplectuntur, quæ si forte exciderint somnum arguant.

Quod cauendum erit, clangore indicant. Aetate in illis prodit color: nigrescunt enim senectute.

Veniamus ad promontorium Χρυσόνεগæs Byzantio oppido nobile, antea Lygos dictum, quod à Dyrrachio abest septingētis undecim millibus pasuum. Tantum enim patet inter Adriaticum mare, & Propontidem. In Cœniensi quoq; regione à Flaviopoli colonia Byzæ oppidum quondam Arx Terei regis, nunc inuisum, & inaccessum Hirundinibus, & deinceps alilibus alijs, quanquam Thebas, quod illa mœnia sæpius capta sint, aspernetur subire. Nam inter cætera habere illas quiddam præsci- Præscia his- um, inde noscitur, quod lapsura non petunt culmi- rundimum na, & aspernantur peritura quoquo modo tecta. natura. Minime certè à diris avibus impetuntur, nec unquā præda sunt ut sacrae. Cibos non sumunt residentes, sed in aëre capiunt escas, & hauriunt.

Alter istmos in Thracia est similibus angustijs, & pari latitudine arcti maris. Cuius littora due


O 5 urbes

urbes utrimq; secus ostentant. Propontidis oram insa signit Pactye, Melanem sinum Cardia, quod in cor dis faciem sita sit, dicta Cardia est.

Helleponus. Omnis autem magnus Helleponus stringitur in stadia septem, quibus ab Europa Asiaticā plagam vindicat. Hic quoq; urbes duæ, Abydos Asiae est, & Sestos Europe. Deinde contraria inter se premontoria Mastusia Cheronensi, ubi finitur Europæ finis tertius. Sigæum Asiae, in quo tumulus est Kuwæost⁹ sex dictus, Hecuba sepulchrum, & turris Protephilai delubro data. Finibus Thracie à septentrione Ister obtenditur, ab oriente Pontus, ac Propontis, A' me ridie Aegeum mare.

Finitimæ Inter Tenedum, & Chiūm est Clarois insula, quæ insula. Aegeus sinus panditur. Ab dextra Antandrum nasciugantibus saxum est: hoc enim uerius, quam insula meruit cognominari. Id quoniam uisentibus procul capre simile creditur, quam Græci Aiγ̄è nuncupant, Aegeus ab eo sinus dictus est. A' Phalario Corcyrae promontorio, ad nauis effigiem scopulus eminet, in quem transfigurata vlyssis nauem crederunt. Cythera, quæ à Malea abest, quinq; millibus passuum, Porphyris ante nomen fuit.

DE



DE C R E T A I N S V L A, D E Q V E

alijſ plurimis ad eam pertinenti-
bus. Cap. XVI.

24



Ronius est Cretam dicere, quam ab= soluere in quo mari iaceat. Ita enim, circumflui illius nomina Græci per= miscuerūt, ut dum alijs alia inferūt, penè obduxerint uniuersa. Quanta possumus tamē fide in designanda, operam locabimus, ne quid hæ= reat sub ancipiti. Inter ortum porrigitur, & occa= sum tractu longissimo, hinc Græcia, inde Cyrenis obiacentibus. A septentrione Aegæis & suis, id est, Creticis æstibus uerberatur: ab Austro Libycis undis persunditur, & Aegyptijs. Conſtipata centū urbibus, ſicuti perhibent, qui prodigè lingua *lar= giti ſunt, ſed magnis & ambitiōſis oppidis quorum principatus est penes Gortynam, Cydona, Gnoſſon, Therapnen, Cyteum, Liffon. Dosiades eam à Crete nympha Hesperides filia, Anaximander à Crete rege Curetum, Cretas Aëriam prius dictam, mox Curetim. Nonnulli etiam à temperie cœli μεκαρό= νοοπ appellatam prodiderunt. Prima mari potuit nauibus, & sagittis, prima literis iura iunxit. Pyr= rhicen docuit Pyrrho repertore. Equeſtres turmas

*al.loquunt.

O S

Prima

prima docuit lasciuas uertigines implicare, ex qua disciplina bellicæ rei iusus datus. Studium Musicum ènde cœptum, cum Idæi Dactyli modulos crepitum, ac timitu æris deprehensos in uersificum ordinem eranstulissent. Albet iugis montium Dyelinei, et Cadiisci, qui ita excandescunt, ut eminus nauigantes magis putent nubila. Præter ceteros Idæ est, qui ante solis ortus solem uidet.

Religio Cretatum. *Varro in opere, quod de littoralibus est, etiam suis temporibus affirmat sepulchrum Iouis ibi uisitatum. Cretes Dianam religiosissimè uenerantur, tensum. Βριθόμαρτις gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat uirginem dulcem. Aedem numinis præterquam nudus uestigia nullus licito ingreditur. Ea ęedes ostentat manus Dædali. Gortinam amnis Lethæus præterfluit, quo Europæ Tauri dorso Gortinijs ferunt uelutitatem. Hjdem Gortinijs, & Cadmū colunt Europæ fratrem, ita enim memorant. Videatur hic, & occurrit, sed die iam uesterato augustinore se facie uisendum offerens. Gnossij Mineruam ciuē deam numerant, primumq; apud se fruges fatae affirmant, audacter cum Atticis contendentes.*

Ager Creticus sylvestrium caprarum copiosus est, ceruo eget, lupos, ulpes, aliaq; quadrupedum noxia nusquam educat. Serpens nulla, larga uitis, mira soli indulgentia, arborarij prouentus abundat.

tes. Nam in huius tantum insulæ parte repullulan^t
cæse cupressi. Herba ibi est, quæ ἄλιμο dicitur,
ea ad morsa diurnam famem prohibet, proinde &
hec Cretica est. Phalangium aranei genus est: si ni-
sum quereras, nulla uis corporis: si potestatem, iustum
hominem ueneno interficit. Lapis quoq; Idæus Da-
stylos dicitur, insulæ istius alumnus, coloris ferrei,
humano pollici similis. Aiem Noctuam Creta non
habet, & si ibi inueniatur, emoritur.

DE CARYSTO, ET INEA A-
quis calētibus, deçp Carystij auibus.

Chalcide, Cycladibus, Io, deçp
Delo, insulis. Cap.

XVII.



Arys̄tos aquas calentes habet, quas Ελ-
λοπίτες uocant, & Carystias aues,
quæ flammæ impunè inuolant, car-
basa etiā quæ inter ignes ualent. Chal Chalcis in-
cis eadem habita est apud priscos, ut Callidemus au fula.
Ibor est, ære ibi primum reperto. Titanas in ea anti-
quissimè regnasse, ostendunt ritus religionum. Bria-
reo enim rē diuinam Carystij faciunt, sicuti Aegaeo-
ni Chalcidenses. Nam omnis fermè Eubœa Titanū
fuit regnum.

Cycle


Cyclades Cycladas autumant inde dictas, quia licet spacijs insulæ, longioribus à Delo proiectæ in orbem tamen circa Delum sitæ sunt, & orbem vñlq; Grai loquuntur. Ios Homeri tumulo cæteram antecedit. Meminisse hoc loco par est post primum diluvium Ogygij temporibus notatum, cum nouem & amplius mensibus diem continua nox in umbrasset, Delos ante omnes terras radijs solis illuminatam, sortitamq; ex eo nomen, quod prima redditâ foret uisibus. Inter Ogygium sanè, & Deucalionē medium æcum sexcentis annis datur.

DE ORTYGIA INSVLÆ
Dec̄p Coturnicibus.
Cap. XVIII.



Adem est & Ortigia, quæ clarissima est, in Cycladum numero multifariè traditur. Nunc asteria à cultura Apollinis, nunc à uenatibus Lagia, uel. / nethus. Pyrpile etiam, quoniam & ignitabula ibi, & ignis inuenta sunt.

Coturnices. In hac primum uisæ Coturnices aues, quas ὄψις τυγας Græci uocant. Has easdem in Latona tuteola existimant constitutas. Nec semper apparent. Adveniendi habent tempora & estate depulsa. Cum ma-



Via tranant impetus differunt, & metu spacijs longioris uires suas nutriunt tarditate. Vbi terram persentiscunt, coēunt cateruatim, deinde globatæ uehementius properant. Quæ festinatio plerumq; exi-
tium portat nauigantibus. Accidit enim noctibus, ut uela incident, & præponderatis sinibus alueos muertant. Austro nunquam exeunt. Nam metuunt hinc flatus tumidioris. Plurimum se Aquilonibus credunt ut corpora pinguiscula, atq; eo tarda facie lius prouehat siccior, & uehementior spiritus: Ogo-
tu yonūt pax dicitur, quæ gregem ductitat. Ean-
dem terræ proximatem accipiter speculatus rapit.
Ac propterea opera est uniuersis, ut sollicitent due-
tem generis externi, per quem frustrentur prima-
discrimina. Cibos gratissimos habent semina uene-
norum, quam ob causam eas damnauere prudentius
mense. Solum hoc animal præter hominem, mor-
bum patitur Comitialem.

DE EVBOEA INSULA.

Cap. XIX.



Vbœa tam modico æstu diuidua est à 23
Bœotiae continent, ut dubitandum
sit, an numerari inter insulas debeat.
Nam latere, quem uocant Euripum,
terræ

terre ponte iungitur, & per fabricam breuissimam
machinæ, aditur pede. Cenæo promontorio uadit
in septentrionem, duobus alijs in meridiem extendi-
tur, quorum Geræstos spectat Atticam, Caphareos
prominet in Helleßpontum. Vbi post Ilij excidium
Argiuam classem uel Mineruæ ira, uel, quod certior
prodidit memoria, sydus Arcturi grauibus affec-
tit casibus.

DE PARO INSULA, AC SAR-
dalapide. Cap. XX.



Armore Paros nobilis à Delo oppido frequentissima, prius tamen Minoia, quam Paros dicta. Nam subiecta à Minœ, quo ad in Creticis mäsit legibus, Minoiam loquebantur. Præter marmor, dat & Sardam lapident, qui marmore quidem præstat, inter gemmas uero uilissimus ducitur. Naxos à Delo duodeuiginti millia passuum separant, in qua Strongyle oppidum. Sed Naxos Dionysia priusquam Naxos dicta, uel quia hospita Libero patri, uel quod fertilitate uitium uincat cæteras. Sunt præterea Cyclades plurimæ, sed in supradictis præcipuum est, quod memoriæ debeatur.

DE

DE ICARO INSULA, ET PY-²⁸
thagora Philosopho. De Melo, Car-
patho, Rhodo, & Lemno insulis,
ac Atho montis umbra.
Cap. XXI.



E Sporadibus est & Icaros quæ Ica- Icaros;
rio mari nomen dedit. Hæc inter Sa-
num, & Myconum procurrentibus
saxis inhospita, ac nullis finibus por-
tuosa, ob inhumana littora infamis est. Vult ergo
Varro Icarum Creten ibi naufragio interisse, et de
exitu hominis impositum nomen loce. Nam in Sa, Samos;
mon nihil nobilius, quam Pythagoras ciuis, qui mox
offensus fastu Tyrannico relicta domo patria, Bru-
to consule, qui reges urbe exegit, italiam adiectus
est. Melos, quam Callimachus Mimallida dixit, om- Melos;
nium insularum rotundissima est iuxta Aeoliam.
Nam Carpathus ipsa est, à qua Carpathium sinum Carpathus;
dicimus. Nunquam ita cœlum nubilum est, ut in fo-
le Rhodos non sit.

Lemnij vulcanum colunt, ideo in Lemno metro= Lemnos;
polis Hephaestia. Præterea oppidum Myrina, in cu-
ius forum mons Athos è Macedonia umbram iacit.
Quod non frustra inter miracula notauerunt, cum

P

Athos

Athos à Lemno sex & octoginta millibus passuum separetur. Et sanè Athos sublimis adeo, ut altior aestimetur, quam unde imbræ cadunt. Quæ opinio eò fidem concepit, quod in aris, quas cacumine sustinet, nunquam cineres eluuntur, nec quicquam ex aggeribus suis perdunt, sed quo relicti fuerint cum mulo, permanent. In summo oppidum Acrothon fuit, in quo dimidio longior, quam alijs terris incolentium ætas prorogabatur. Ideo inde homines nati negotiis Græci, nostri appellauere longæuos.

DE HELLESPONTO, PRO-
pontide, Bosphero Thracio. Déque
Delphinorum piscium mira-
tura. Cap. XXII.



Vartus Europæ sinus Helleßpōto incipit. Maeotidis ostio terminatur. Atque omnibus hæc latitudo, quæ Europam, Asiamq; diuidit, in septē stadio-rum angustias stringitur. Hic est Helleßpōtus. Haec Xerxes ponte naualibus facto permeauit. Tenuis deinde Euripus porrigitur ad Asie urbem Pridum, quam Magnus Alexander potiundi orbis amore transcedit, & potius est. Inde diffusus & quo-
re patentissimo rursus stringitur in Propontidem.
Mox

58

CARPAT.HIVM

mare

36

Soradonig
Ephialtium
ESCAR PANTO

CAR
SPA

Land

THV S

Portristona

Gidium
Carpanto

Thomitium



58

59

Eleusa
Lindus
Poa or cratias
Iclissus

Filerno
Panarea
extremis

Ferachio

RHO
DVS

RHODO

Canurus

MARE
RHODIA CVM

59

53

Samothratia
Calino O

Pelorus
Schaldas

Hephestias

LEMNO S

STALIMENE

Mudro

Myrina

plati
Condea

SEGÆ V M MARE

S. Stratii

53

Mox in quingentos passus coarctatur, fitq; Bosphorus Thracius, qua Darius copias transportauit.

Hæc profunda Delphinas plurimos habent, in Delphinois quibus cause miraculi multiformes. Ante omnia nî natura bil uelocius habent maria, sic ut plerumq; salientes transuolent uela nauium. Quoquo eant coniuges emigranur, catulos edunt: decimus mensis maturum facit partum, Lucinam aestiuus dies soluit. Vberibus foetus alunt, teneros in faucebus receptant, in uali dös aliquantisper prosequuntur. In tricesimum annum uiuunt, quod exploratum est in experimentis caudis amputatis. Ora non quo cæteræ beluae loco habent, sed ferme in uentribus. Contra naturam aquæ tilium soli linguas mouet. Aculeatæ sunt spinæ dor suales. Cum ira subiacet, in horrescunt: cum animi conquiescant, quibusdam receptaculis operiuntur. Spirare eos in aquis negant, & uitales duras non nisi in aëre superero recuperare. Pro uoce gemitus est similis humano. Certum habent uocabulum, quo accepto uocantes sequuntur. Nam propriè Simones uocantur. Voces hominum Aquilonis flatu cele rius audiunt. Contra Austro spirante auditus ob struuntur. Mulcentur à Musica. Gaudent cantibus tibiarum. Ubicunque symphonia est, gregibus ad Historiæ Eicent ratorum Beli ventant.

Duo Augusto principe in Campania Delphinū phinorant:

puer fragmentis panis primo illexit, & in tantum consuetudo ualuit, ut alendum se etiam manibus ipsius crederet. Mox cum prolusisset puerilis audacia, intraffacia eum Lucrini lacus uectitauit. Vnde effectum, ut à Baiano littore equitantem puerū Puteolos usq; ueheret. Hoc per annos plurimos tam diu gestum, donec assiduo spectaculo desineret miraculum esse, quod gerebatur. Sed ubi abijt puer, sub oculis publicis desyderij mœrore Delphin interiit. Pigeret hoc assuerare, ni Mecoenatis, & Fabiani, multorumus præterea esset literis comprehensum. In Africano mox littore apud Hippoñem Diarrhyton Delphin ab Hipponeñibus pastus tractandum se præbuit, impositos quoq; frequenter gestauit. Nec populi tantum manibus acta res, nam & proconsul Africæ Flauianus ipse eum contigit, unguentis etiam delibuit, qui odoris nouitate obsoptus aliquantis per pro exanimi iactatus est, multisq; mensibus descivit à solita conuersatione. Apud Iasum urbem Babyloniae puerum Delphinus adamauit. Quem dum post assueta colludia recedente impatiens sequitur, arenis inuestitus hæsit. Alexander Magnus amorem illum numinis fuisse interpretatus, præfecit puerum Neptuni sacerdotio. Uxtra eandem urbem (ut Egesſidemus author est) aliū puerum Hermiam nomine per maria similiter insidente

tem cum undosior fluctus nec auisset, Delphinus ad terram reuexit, & uelut fateretur reatum, poenitentiam suam morte mulctauit, nec reuerti uoluit amplius in profunda. Suppetunt & alia exempla, ut Arionem transeamus, cuius exitum annalium fides comprobauit. Ad hæc si quando lasciuunt noui fœtus à maioribus datur adulteri gregi custos. Quo magistro ludere impetus incursantium belluarum addiscant, quanquam ibi præter Phocas rara bestia est.

Plurimus Thynnus in Ponto nec alibi penè fœtus Thynnus sificant. Nusquā enim altius adolescentur, scilicet ob piscis aquas dulciores. Illabuntur veris tempore, intrant dextero littore, lævo exeunt. Hoc inde accidere credunt, quod dextris oculis ocutius cernunt, quam sinistris.

DE ISTRO FLUMINE. DE Fibro animali. De cibis gemmis Ponticis. Cap. XXIII.



Ster Germanicus iugis oritur, effusus monte, qui * Tauricos Galliae a * cl. Rauas spectat. Sexaginta amnes in se recipit, omnes fermè nauigabiles. Septem vtijs Pontum influit. Quorum primum Peuce, se-

P 3 cundum

cūdum Naracustoma, tertium Calostoma, quartum Pseudostoma. Nam quintum Boreostoma, ac deinde sextum Spireostoma languidiora sunt cæteris. Septimum uero pigrum, ac palustri specie, non habet, quod amni comparetur. Priora quatuor ita magna sunt, ut per longitudinem $\text{X} \frac{1}{2}$ millium passuum non misceantur æquori, dulcemq; haustum incorrupto detineant sapore.

Per uniuersum pontum Fiber plurimus, quem Castor, alio uocabulo dicunt Castorem, Lutræ similis est, animal morsu potentissimum, adeo, ut cum hominē inuaserit, conuentum dentium non prius laxet, quam concrepuisse persenserit ossa fræta. Testiculi eius appetuntur in usu medelarum, idcirco cum urgeri se intelligit, ne captus prosit, ipse geminos suos duorat. Mittit Pontus et gemmas, quas à patria Ponticas dicimus genere diuerso. Quippe aliæ aureas, aliæ sanguineas stellas habent, et ex quidem inter sacras habentur. Namq; ostentationi potius quam utili sui deleguntur. Non guttis asperæ sunt, sed longius colorum ducibus limitantur.

DE AMNE HYPANE, ET EX-
ampeo fonte. Cap. XXIII.

Ypanis amnis oritur inter Auchetas,
Scythicorum amnium princeps, pu-
rus, & haustu saluberrimus usq; dum
Callipodium terris inferatur. vbi fons
Exampeus infamis est amara scaturigine. Qui Ex-
ampeus liquido admixtus fluori omnem uitio suo
vertit, adeo ut dissimilis sibi in maria condatur. Ita
inter gentium opiniones fama de Hypane discor-
dat, qui in principijs eum norunt, prædicant, qui in
fine experti sunt, non iniuria execrantur.

DE BORYSTHENE FLUMI= ne, ac eius accolis. De natura canum.
De Scytharum moribus. De gem= mis, Smaragdo, Cycaneo, Cry= stallo. Cap. XXV.

Pud Neuros nascitur Borysthenes
flumē, in quo pisces egregij saporis,
& quibus ossa nulla sunt, nec aliud,
quam Carthilaginiæ tenerrimæ. ve=rum Neuri(ut accepimus) æstatis temporibus in lu= pos transfigurantur. Deinde exacto spacio, quod

P 4 huic

hic sorti attributum est, in pristinam faciem reveruntur. Populis istis deus Mars est. Pro simulachris enses colunt, Homines uictimas habent, ossibus adolent ignes focorum. Geloni ad hos proximant. De hostium cutibus, et sibi indumenta faciunt, et equis suis tegmina. Gelonis Agathyrsi collimitantur capitulo ruleo picti colore, fucatis in cærulum crinibus. Nec hoc sine differentia. Nam quanto quis altero praestat, tanto propensiore nota tingitur, ut sit indicium humilitatis minus pingi.

Hominiorum. Post Antropophagi, quibus execrandi sunt cibi humana uiscera. Quem morem impiæ gentis, ad id centum terrarum prodit tristissima solitudo, quæ ob nefarium ritum finitimæ nationes metu profugæ reliquerunt, et ea causa est, ut usq; ad mare, quod Tabim uocant, per longitudinem eius oræ, quæ est situo oriëti adiacet, sine homine terra sit, et immensa deserta, quo ad perueniatur ad Seres. Chalybes, et Dahæ in parte Asiaticæ Scythicæ crudelitate ab immanissimis nihil discrepant.

Albani. At Albani in ora gentes, qui posteros se lasonis credi uolunt, albo crine nascuntur: caniciem habent auspicium capillorum. Ergo capillorum color genti nomen dedit. Glauca oculis inest pupilla, ideo non plus quam die cernunt. Apud hos populos natum canes feris omnibus anteponuntur. Frangunt tallos, Leo-

nos, Legnes perimunt, detinent quicquid obiectum
 est. Quidibus ex causis meruerunt etiam annalibus
 tradi. Regimus petenti Indiam Alexandro à rege
 Albaniæ dono duos missos, quorum alter sues sibi, Canū gene-
 & urfos oblatos usq; adeo spreuit, ut offensus dege rositas.
 meri præ da, ignauo similis diu accubaret, quem per
 ignorans iam uelut inerteem, Alexander extingui im-
 perauit. Alter uero monitu eorum, qui donum pro-
 secuti erant, leonem missum nec auit. Mox uiso Ele-
 phante n otabiliter exultans belluam primo astu fa-
 tigauit, d einde cum summo spectantiū horrore ter-
 re affixi . Hoc genus canum crescit ad formam am-
 plissiman i, terrificis latratibus ultra rugitus insor-
 nantes. H ec sunt de canibus Albanis, reliqua com-
 munia ua iuersis. Dominos æqualiter canes omnes
 diligunt, sicut exemplis palam factum est. In Epiro
 deniq; do mini percussorem in cœtu agnatum latra-
 tu canis & rodidit. Iasone Lycio intersecto canis ip-
 sius appes natus cibum inedia obijt. Lysimachi re-
 gis canis, & parite flammis se iniecit, accenso domini rogo,
 iucenti ca rigni absumptus est. Garamantum regens
 sus resistet in bella pr' nes ab exilio reduxerunt præliati aduer-
 Appio dominum iates. Colofonij, & Castabalenses canibus
 in bella pr oductis primas acies instruebant.
 Junio, Publio Silio consulibus, damnatū Ni-
 canis, cum abigi non posset, comitatus em-

in carcere mox percussum, ululatu prosecutus est.
 Cumq; ex miseratione populi Romani portestas ei
 cibi fieret, ad os defuncti escam tulit. Vlti⁹ io abies
 etum in Tyberim cadauer adnatans sustentare co-
 natus est. Canes soli nomina sua recognoscunt, itine-
 rum meminerunt. Indi coitus tempore in saltibus
 canes foeminas religant, ut cum his Tigride⁹ s coēat,
 quarum ex primis conceptibus ob nimiam feritatē
 inutiles partus iudicant, itidem secundos, te-
 ducant. Aegyptij canes ē Nilo nunquam nisi
 currēt. lambitant, dum à Crocodilis insidias cau-

Inter Antropophagos in Asiatica parte
 Essedones in- rantur Essedones, qui & ipsi nefandis fune-
 humana gens. inter se cibis. Essedonum mos est parentum
 cantibus prosequi, & proximorum conrog-
 tibus, cadauera ipsa dentibus laniare, pec-
 carnibus mixta dapes facere. Capitum etia
 auro incincta in poculorum tradere minifi-
 Scythotauri pro hostijs cœdunt aduenas. Ne
 pabula sequuntur. Georgi in Europa siti a-
 ercent. Axiacæ perinde in Europa siti, neq;
 tur aliena, neq; sua diligunt. Satarchæ usu a-
 gentiq; damnato in æternum se à publica
 abdicarunt.

Scythæ inte- Scytharum interius habitantium asperi
 riores. est. Specus incolunt. Pocula non ut Essedones, sed
 de ini-

de inimicorum capitibus moliuntur. Amant prælia, interemptorum cruentem è vulneribus ipsis bis bunt. Numero cædium honor erexit, quarum excepertem esse apud eos probrū est. Haustu mutui sanguinis fœdus sanciunt, non suo tātum more, sed Medicorū quoq; usurpata disciplina. Bello deniq; quod gestum Olympiade nona, & quadragesima, anno post ilium captum sexcentesimoquarto, inter Alythem Lydum, & Aslyagēm Mediæ regem hoc pacto firmata sunt iura pacis.

Colchorum urbem Diοscoriaden Amphitus, & Telchius aurigæ Castoris, & Pollucis condiderunt, quibus Heniochorum gens exorta est.

Vltra Sauromatas in Asia sitos, qui Mithridatē latebram, & qui originem Medis dederunt, confines sunt Thalij his nationibus, quas ab Oriente contingunt Caspij maris fauces, quæ fauces mirum in modum maciantur imbribus, crescunt æstibus. Heniochorum montes Araxem, Moschorum Phasidem fundunt. Sed Araxes breuibus interuallis ab Euphratis ortu caput tollit, ac deinde in Caspium fertur mare. Arimaspi circa Gesglitron positi unoculo gens est.

Vltra hos & Riphæum iugū regio est aßiduis Terræ frigobſessa niuibus πισοφόρη dicunt. Quippe care inhabitans continuarum pruinatarum quiddam ibi exprimit tæ.

pinna-

pinnarum simile. Damnata pars mundi, et à rerum natura in nubem æternæ caliginis mersa, ipsiusque prorsus Aquilonis conceptaculis rigentissima. Sola terrarum non nouit uices temporum, nec de cœlo a liud accipi, quam hyemem semperternam.

In Asiatica Scythia terræ sunt locupletes, inhabitabiles tamen. Nam cum auro, & gemmis afflue Gryphium ant, Griphes tenent uniuersa. Alites ferociissimæ, & terra. ultra omnem rabiem sœuentes, quarum immanitate obſſidente aduenis accessus difficultis, ac rarus est. Quippe uisos discerpunt, uelut geniti ad plectendā auariciae temeritatem. Arimaspi cum his dimicant, ut intercipiant lapides, quorum non aspernabitur prosequi qualitatem.

Smaragdi. Smaragdis hic locus patria est, quibus tertia inter lapides dignitatem Theophrastus dedit. Nam licet sint & Aegyptij, & Chalcedonij, & Medici, & Laconici, præcipuus tamen est honor Scythicus. Nihil his iucundius, nihil utilius uident oculi. In primis uirēt ultra irrigua gramina, ultra amnicas herbas deinde obtutus fatigatos coloris reficiunt lenitatem. Nam uisus, quos alterius gemmæ fulgor retulerit, Smaragdi recreant, & exacuunt. Nec alias ob causam placuit, ut non sculperetur, ne offendit decus imaginum lacunis corrumpereetur, quanquam qui uerus est, difficulter uulneretur. Probantur hoc pacto.

pacto, si aspectus transmittant, si cum globosi sunt, proxima sibi inficiant aëre repercuſſo, aut cum concauiſunt, inspectantium facies emulentur, si neque umbra, neq; lucernis, neq; sole mutentur. Optimos tamen sortiuntur ſitus, quibus planicies resupinaſt, & extenta. Inueniuntur Eteſijs flantibus, tunc enim detecto ſolo facilimè internitent: nam Eteſia plurimum arenas mouent. Alij minus nobiles in commiſſuris ſaxorum, uel in metallis ærarijs apparet, quos Chalcoſmaragdos nuncupant. Vitiosi eorum intrinſecus quafdam fordes habent, uel plumbo, uel capillamentis, uel etiam ſaliſimiles. Lauantur aſtero mero, ſed uiridi proficiunt oleo, quamvis natura imbuantur.

Et Cyaneus lapis è Scythia eſt optimus, ſi cœruſ leo coruſcabit, cuius gnari in marem, & foeminaſ genus diuidunt. Foeminiſ nitor purus eſt: mares punctulis ad gratiam interlucentibus, auratiliſ puliſculus uariat. Iſthic & Crystallus quem licet pars Crystallus: maior Europe, & particula Asiae ſubminifrent, pretioſiſſimum tamen Scythia edit. Multus ad popula deſtinatur. Nam fert calorem præcipue quamlibet nihil aliud, quam frigidum pati poſſit. Sexanus inuenitur. Qui eligunt puriſſimum captant, ne quid rufum, neque nubilum, ſed ſpumis obſitum, creat perſpicuitatem. Tunc ne duricia iusto pro- penſioſt.

pensior obnoxium fragilitati magis faciat. Putant glaciem coire, & in Crystallum corporari, sed frustra. Nam si ita foret, nec Alabanda Asie, nec Cyprus insula hanc materiam procrearet, quibus regionibus incitatissimus calor est. Liuia Augusti ad magnitudinem centum quinquaginta librarum inter Capitolina donaria Crystallum dedicauit.

DE HYPERBOREIS POPV
lis. Cap. XXVI.



Abula erat de Hyperboreis, et rumor irritus, si quæ illinc ad nos usq; fluxerunt, temere forent credita. Sed cum probissimi authores, & satis idonei sententias pares faciant, nullus falso sum formidet. De Hyperboreis itaq; loquemur. Incolunt penè ~~terre~~ popop, quem ultra Aquilonem accepimus iaceare, gens beatissima. Eam & sic quidam magis, quam Europæ dederunt. Alij statuunt mediā inter utrungq; solem Antipodium Occidentem & nostrum renascentem, quod aspernatur ratio tam vasto mari duos orbēs interfluēte. Sunt igitur in Europa, apud quos mundi cardines esse credunt, & extimos syderum ambitus, semestrem lucem auersum tantum una die solem, quanquam existant, qui putant non quotidie ibi so-

ibi soleri, ut nobis, sed uernali æquinoctio exoriri,
autumnali occidere. Ita sex mensibus infinitum diē,
sex alijs continuam esse no[n]tem. De cœlo magnanē
tlementiam auræ spirant salubriter. Nihil noxijs flæ
bus habent. Domus sunt nemora, uel luci, in diem ui-
bus arbores sumministrant. Discordiam nesciunt,
egritudine non inquietantur, ad innocentiam omni-
bus æquale uotum. Mortem accersunt, & uolunta-
rio interitu castigant obeuadi tarditatem. Quos sa-
rietas uitæ tenet, epulati, delibutiq; de rupe nota-
precipitem casum in mare profundum destinant.
Hoc sepulturæ genus optimum arbitrantur. Aiunt
etiam solitos per uirgines probatissimas primitias
frugum Apollini Delio missitare. Verum hæ quoni-
am perfidia hospitum non illibatæ, reuenissent, de-
uotionis, quam peregrè prosequabantur, pontificiis
mox intra fines suos receperunt.

DE ARIMPHAEIS. DE MA-
ti Caspio. De Tigribus. De Panthe-
ris, & Pardis. Cap. XXVII.



Lterā in Asia gens est ad initium Ori-
entis æstui, ubi deficiunt Rhipheorū
montium iuga Hyperboreis similes,
quos dicunt Arimphæos, & ipsi ar-
bustos

bustorum frondibus gaudent, baccas edunt. It exta ui-
 ros, ac foeminas tædet crinum. Itaq; uterq; sexus co-
 mas tondet. Amant quietem, non amant lœdere. Sa-
 cri habetur, attractariq; eos etiam à ferociissimis na-
 tionibus nefas dicitur. Quicunq; periculum à suis
 metuit, si ad Arimphæos transfugerit, tutus est uel
 lut Asylo tegatur. Ultra hos Cimmerij, gens Ama-
 zonum porrecta ad Caspium mare, quod dilapsum
 per Asiaticæ terga plagæ Scythicum irrumpit Ocean-
 um. Sed magnis deinde spacijs intercedentibus ora
 stia Oxi fluminis Hyrcani habent, gens syluis asper-
 Tigres. ra, copiosa immanibus feris, fœta Tigribus. Quod
 bestiarum genus insigne maculis notæ, & pernici-
 tas memorabile reddiderunt. Fulvo nitent. Hoc ful-
 lum nigrantibus segmentis interundatum, uarietas
 te apprime decet. Pedum motum nescio uelocitas, at
 peruicacia magis adiuuet: nihil tam longū est, quod
 non breui penetrant, nihil adeò antecedit, ut nō illis
 cō assequantur. Ac maximè earum potentia proba-
 tur, cum maternis curis incitantur, cum catulorum
 insistunt raptoribus, succedant sibi equites licet, &
 astu quanto libet amoliri prædam uelint, nisi in pro-
 sidio maria fuerint, frustra est ausum omne. Notan-
 tur frequentissimæ siquando latrones suis asporta-
 tis catulis renauigantes uident, in littore irrita rada
 bie se dare præcipites uelut propriam tarditatē uo-
 luntariis

Luntaria castigantes ruina, quanquam de fœtu uni-
verso uix unus queat subtrahi.

Pantheræ quoq; numerosæ sunt in Hircania, mi-
nus orbiculis superpictæ, ita ut oculatis ex fulvo
circulis, uel cœrulea, uel alba distinguatur tergi su-
pellex. Tradunt odore earum, & contemplatione
armenta mirè affici, atq; ubi eas persentiscent, pro-
perato conuenire, nec terrori nisi sola oris toruina-
te. Quam ob causam Pantheræ absconditis capiti-
bus, que corporis reliqua sunt, spectanda præbent,
ut pecuarios greges stupidos in obtutu populentur
secura uastatione. Sed Hyrcani, ut hominibus inten-
tatum est nihil, frequentius eas ueneno, quam ferro
necant. Aconito canes illidunt, atq; illa per compitæ
spargunt semi arum. Quæ ubi esæ sunt, fauces cari
angina obsidetur. Ideo gramen τῷ ἀρδαλιτεῖ χεὶς
appellauerunt. Sed Pantheræ aduersus hoc virus, ex-
trementa humana deuorant, & suopte ingenio pe-
stis resistunt. Lenta illis uiuacitas, adeo ut eicetis in-
teraneis, mortem diu differant.

In his sylvestribus & Pardi sunt, secundum à Pan- Pardi
horis genus, noti satis, nec latius exequendi. Quo-
rum adulterinis coitibus degenerantur par-
tus Lænarum, & leones quidem
procreantur, sed igno-
biles:



V N D E



Voniam in Ponticis rebus sumus,
non erit omittendum, unde Medi-
terranea maria caput tollant. Aestu-
mant enim quidam sinus istos à Ga-
ditano freto nasci, nec alia esse ori-
ginem, quam inundationem irruptentis Oceani, ch-
ius spiritu perusante apud aliquot mediterranea
litora, sicut in Italie parte, fieri accessus uel recep-
sus. Qui contrarium sentiunt, omnem illum fluorem
diunt à Ponticis faucibus inundare, idq; fulciunt ar-
gumento non inani, quod aestus è Ponte profluit
nunquam reciprocetur.

DE INSVLIS QVIBVS SDA M Scythicis. Cap. XXIX.



Insula Apollonitarum LXXX. mil-
libus passuum, abest à Bosphoro Thry-
cio citra Istrum sita, ex qua Marcus
Lucullus Apollinem Capitolinum no-
bis extulit. Ante Borysthenem Achillis insula est in
aede sacra, quam adem nulla ingreditur ales, & que
forte aduolauerit, raptim fugam properat.

DE OCEANO SEPTENTRIO
nali. De mari Caspio. De cib Baltia
insula. Cap. xxx.



Ceanum Septentrionalem ex ea parte
qua à Paropaniso amne Scythia abluī-
tur, Hecataeus Amalchium appellat,
quod gentis illius lingua significat cō-
gelatum mare. Philemon à Cimbris ad promontori-
um Rubeas Marimorusam dicit uocari, hoc est mor-
tuum mare. Ultra Rubeas quicquid est, Eronium no-
minant. Mare autem Caspium ex altero ponti late-
re ultra Massagetas, & Appellæos Scythes, esse in
Asiatica plaga dulce hæstu, Alexandro Magno pro-
batum est. Mox Pompeio Magno, qui bello Mithri-
datico, sicut commilito eius Varro tradit, ipsis hæ-
stibus periclitari fidem uoluit. Id euenire produnt ē
numero fluminum, quorum tanta copia ibi influit,
ut naturam maris ueriat. Non omiserim, quod per
idem tempus eidem Magno licuit ex India diebus
octo à Bactris usq; Icarum flumen, quod influit in
Oxum amnem, peruenire. Deinde ad mare Caspiū,
inde per Caspium ad yri amnis penetrare flueniū,
qui iberiæ, & Armeniæ fines interluit. tq; à Cyro
diebus non amplius quinq; iimere terreno subuedis-

nauibus, ad alueum Phasidis pertendit, per cuius et
cursus in Pontum usq; uenientes India, liquido pro-
batum est inuehi posse.

Auctor est Xenophon Lampsacenus, à littore
Scytharum in insulam Baltiam petentibus triduo
nauigari. Eius magnitudinem immensam, & pen-
simi em continent. Nec longè Oonas separari, quas
qui habent, uiuunt ouis auium marinarum, & aue-
nus uulgo nascentibus. Perinde alias propter consti-
tuentosæ tutas æque insulas, quarum Hippopodas indigena-
formæ humanae usq; ad uestium forma, in equinos pedes de-
sinunt. Esse insulas, & Phanesiorum gentem, quoru-
aures adeo in effusam magnitudinem dilatentur, ut
reliqua uiscerum illis cōtegant, nec amiculum aliud
sit, quam ut membra membranis aurium uestiant.

DE CERVIS, ET TRAGE- laphis. Cap. XXXI.



Ntequam digrediamur ab Scythis
religio est præterire quenam ferū
sint peculiares Scythiae. Cerui pluri-
mi in hac terra. Igitur ceruos profec-
quemur. Mares generis huiuscemodi

statutum tempus Venerem incitauit, sciuunt rabiellis
Cerui. bidinis effrati. Fœmina licet prius conseruantur,

non

Non cōcipiunt ante Arcturi sydus. Nec qualibet partus suos educant. Teneros studiosè oculunt, & absconditos inter profunda fruticum, uel herbarum pendulum uerbere castigant ad latendum. Cum maturus sit ad fugam robur, exercitio docent cursus, & a surfuscunt salire per abrupta. Acceptis canum latrati bus secundo uento uias dirigit, ut odor cum ipsis recedat. Mirantur sibilum fistularum. Rectis auri bus acutissimè audiunt, summissis uero nihil. Stupent omnia, propterea facilius obuios se præbent sagittantibus. Si maria tranant, non aspectu petunt littora, sed olfactu: infirmos ponunt in ultimo, & lassorum capita clunibus peruices sustinent. E' cornibus quod dextrum fuerit, efficacius est ad medelā. Si fugare angues gestias, utrum uelis uras, que ustri na preterea nidore uitium aperit, ac detegit, si cui inest morbus comicialis. Pro ætate ramos augent, id incrementum per sexennes perseverat. Denique numerosiora fieri non possunt, grossiora possunt, que quidem castratis nunquam crescunt, nec tamen decidunt. Dentes monstrant senectutem, cum aut pauci inueniuntur, aut nulli. Serpentem hauriunt, et spiritu narium extrahunt de latebris cauerarum. Dictatum ipsi prodiderunt, dum eo posti excutiūt accepta tela. Herbam quoq; quam Cynarem uocat, contra noxia edunt gramina. Aduersus uenena mi-

Q. 3

risicum

rificum est hinnuli coagulum occisi in matris sub
utero. Patuit nunquam eos febrescere: quam ob causam
confecta ex medullis ipsorum unguenta, sed ant
calores hominum languentium. Legimus plurimos
matutinis diebus cerunam carnem degustare solli
tos, sine febribus loget eos fuisse. Quod adem pro
derit, si uno uulnere facient interempti. Ad dignor
scendam uiuacitatem Alexander Magnus ceruis cor
ques plurimis innexuit, qui post annum centesimum
capti, nec dum senij indicium praeferebant.

Tragelaphi.

Eadem penè specie sunt quos Tragelaphos di
cunt, sed non alibi, quam circa Phasidem apparet,
tantumq; illi uillosos habent armos, & mentu pro
missis hirta barbis.

DE GERMANIA, ET MIRIS in ea animalibus, Bisontibus, Uris, Alce feris animalibus. Cap.

XXXI.

Nons Seuo ipse ingēs, nec Riphēis mi
nor collibus, initium Germanie facit
Hunc ingēuones tenent, à quibus pri
mis post Scythes nomen Germanicū
consurgit. Diues uirorum terra, frequens populus
numerofis, & immanibus. Extenditur inter Hercyni
montes

nium saltum, & rupes Sarmatarum. Vbi incipit Danubio, ubi desinit & heno perfunditur. De intervis eius partibus Albis, Gutallus, Vestula amnes latissimi præcipitantur in Oceanum. Saltus Hercynius aues gignit, quarum pennæ per obscurum emicant, & interlucent, quamuis obtenuerit a nox denset tenebras. Vnde homines loci illius plerumque nocturnos excursus, sic destinant, ut illis utantur ad præsidium itineris dirigendi, præiactusque per opaca callidum rationem uiae moderentur indicio plumarum resurgentium.


In hoc tractu sane, ex in omni Septentrionali plena. Sep. en.
Bisontes frequentissimi, qui boues feris similes, trionales. setosi colla iubis, horridi ultra tauros, perniciitate capti assuefecere manu nequeunt. Sunt & Vri, quos imperitum uulgas uocat Bubalos, cum Bubali penè ad ceruum faciem in Africa procreentur. istis porro, quos Vros dicimus, taurina cornua in tantum modum protenduntur, ut dempta ob insigitem capacitatem inter regias mensas potuum gerula fiat. Est & Alces multis comparanda, adeo propenso labore superiore, ut nisi recedens in posteriora uestigia, pasci nequeat.

DE SCANDINAVIA INSULÆ
 27 De Succino, Callaide, ac Cerau-
 nijs gemmīs. Cap.
 XXXIII.



Scandinavia insula è regione Germāniae mittit animal, quale Alces sed cui suffragines ut Elephatis fleet i ne queunt, p opterea non cubat. Cum dorso mundum est tamen, somnolentam arbor sustinet, quæ propè casura secatur, ufera dum assuetus fulcimentis innitur, faciat ruinam, ita capitur, alioquin difficile est eam manu capi. Nam in illo rigore populi incomprehensibili fuga pollet.

De Germanicis insulis Scandinavia maxima est, sed nihil in ea magnum, præter ipsam. Nam Gleßeria dat Crystallum. Dat & Succinum, quod Germani gentiliter uocant Gleßum. Qualitas materiæ istius summatiæ antea. Germanico autem Cæsare omnes Germaniæ oras scrutante, comperta arbor est, priuilegi generis, cuius mediale autumni tempore Succinum lachrymat. Succum esse arboris, de nominis capessas qualitate. Pinum uero, unde sit genitum, si usseris, odor indicabit. Precium opera est ire longius, ne Padaneæ silue credantur lapidem fleuisse. Hanc speciem



Speciem in Illyricum Barbari intulerunt, quæ cum per Pannonica commercia usu ad Transpadanos homines foret delata, quod ibi primum nostri eam uidabant, ibi & natam putauerunt. Munere Neronis principis apparatus omnis absq; Succino mornatus est, nec difficulter, cum per idem tempus tredecim milia librarum rex Germanie ei dono miserit. Rude primum nascitur, & corticosum, deinde incoctum adipice lactentis suis expolitur, ad quem uidemus nitorem. Pro facie habet nomina. Mellum dicitur, & Falernum, utrumq; de similitudine aut umi, aut utique mellis. In aperto est, quod respirat folia, quod trahat paleas, quod uero medeatur multis uirilium incommidis, medentium docuit disciplina. Et India habet Succinum, sed plurimum, optimumq; Germania. Quoniam ad insulam Glessariam ueneramus, à succino cœptum. Nam in Germanie continentibus, Calais reperitur, quam gemmam Arabicis anteponunt, nuncit enim gratia. Arabes quidem dicunt non alibi eam deprehendi, quam in nidiis aurum, quas μελανού φous uocant, quod nullus recipit, cum apud Germanie populos, quamvis rara, in saxis tamen appareat. Honore, & precio ad Smaragdos uiret palidum. Nihil iucundius aurum decet.

Carauniarum porro genera diuersa sunt. Germanie. Germanica candida est, splendet tamen cœruleo, & si

Q 5 sub

150 IULII SOLINI


sub diuo habeas, fulgorem rapit syderum.

DE GALLIA. DE RHETICO,
ac Norico agro. De Pannonia, &
Moesia, deq; Medico oleo.
Cap. XXXIII.




Alliae inter Rhenum & Pyreneum, iacentem inter Oceanum, & montes Ger-
bennam, ac luram porriguntur felis-
ces, præpingibus glebis, accommo-
de prouentibus fructuarijs, pleræq; consitæ uitibus,
et arbustis, omni ad usum animantium fœtu beatissima. Riguæ aquis fluminum, & fontium, sed fonta-
neis interdum sacris, ac uaporantibus. Infamantur
ritu incolarum, qui ut aiunt (ueri enim periculum
non ad me recipio) detestabili sacrorum ritu, non ad
honorem, sed potius ad iniuriam religionis, humanis-
litati hostijs. Ex isto sinu quo quo orbis uelis exeat,
in Hispanias, & in Italianam terra, mariq; in Africā
mari tantum. Si Thracia sit petenda, excipit ager
Rheticus bonus frugibus, opimus & ferax, Brigan-
tino lacu nobilis. Inde Noricus frigidus, & parcijs
fructuosus, quæ subducitur à iugis Alpium admodū
letus. Dehinc Pannonia uiro fortis, & solo plano,
obertoq; Drauo, Sauoq; in cyltis amnibus circum-
flua.

BRITANIA. fol. 251 28



HYBERNIA. fol. 251 29



flua. **M**ox Mœsiæ, quas maiores nostri iure Cereris horreum nominabant. In quarum parte qua Pontica est, apparet herba, qua inficitur oleum, quo a uocant Medicum. Hoc ad incendium excitatum si obtulerere aqua gestas, ardet magis, nec alio sopitur, quam lactu pulueris.

D E BRITANIA, AC RELI
quis circum eam insulis. De lapide
Gagate. Cap. **XXXV.**



Inis erat orbis ora Gallici littoris, nisi Britania insula non qualibet amplius dñe, nomen penè orbis alterius mereatur. Octingentis enim, & amplius millibus passuum longa porrigitur, ita ut eam in Calidonicum usq; angulum metiamur. In quo recessit Ulyxem Calidoniæ appulsum manifestat ara, Græcis literis inscripta uotum.

Multis insulis nec ignobilibus circundatur, quarum Hibernia ei proximat magnitudine, inh umana, Hibernia incolarum ritu aspero. Alias illa pabulosa, ut pecuaria nisi interdum estate à pastibus arceantur, in peciculū agat satias. Illic anguis nullus, quis rara, gens inhospita, & bellicosa. Sanguine interemptorum hausto prius, uictores uultus suos oblinunt. Pas, atq; nefas.

nefas eodē animo ducunt. Puerpera si quando mārē edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inq̄s os paruuli summo mucrone auspiciū alimento-
rum leuiter infert, & gentibus uotis optat, non az-
liter quām in bello, & inter arma mortem oppre-
sat. Qui student cultui, dentibus mari nantium bel-
luarum insigriunt ensium capulos: candicāt enim
ad eburneā claritatem. Nam praecipua uiris glo-
ria est in armorum nitela. Apis nusquam. Adue-
stum inde puluerem, seu lapillos si quis sparserit
inter aluearia examina, fauos deserunt.

Mare Britan-
nicum, Mare quod Iberiam, & Bretanniam interlu-
it, undosum, & quietum toto in anno, non nisi
estiuis pauculis diebus est nauigabile. Nauigant
autem uimineis alueis, quos circundant ambitionē
tergorum bubalorum. Quantocunq; tempore cur-
sus tenebit, nauigantes escis abstinent. Freti latitue
dimem in centū XX, millia passuum diffundi, qui
fidem ad uerum ratiocinati sunt, aestimarunt.


Silurum quoq; in sulas ab ora, quam gens Bri-
tanica nunc tenet, turbidum fretum distinguit. Cu-
ius homines etiam nunc custodiunt morem uelut-
sum. Numum refutant, dant res, & accipiunt. Mu-
tationis necessaria potius quām pretijs parāt, De-
os percolunt: scientiam futurorum pariter uiri, ac
formiae ostentant.

Thana-

18

19

Circulus Arcticus?



18

19

Thanatos insula alluitur freto Gallico, à Bri-
tanniae continentis æstuario tenui separata, felix fru-
mentarijs campis, & gleba uberi. Nec tantum sibi
soli, uerum & alijs salubris locis. Nam cum ipsa
nullo serpatur angue, asportata inde terra, quo-
que gentium inuicta sit, angues necat.

Multæ aliae circum Britanniam insulæ, è quib. Thule.
Thule ultima, in qua æstiuo Solstitio Sole de Can-
tri sydere faciente transitum, nox penè nulla: bru-
Mali Solstitio dies adeò cōductus, ut ortus iunctus
sint & occasus. Vltrt Thulen pigrum esse, & con-
cretum mare. Inde à Chalidoniæ promontorio Tu-
len petentibus bidui nauigatio est.

Excipiunt Hebudes insulæ quinque numero, Hæbudes
quarum incolæ nesciunt fruges: piscibus tantum, insulæ.
& lacte uiuunt. Rex unus est uniuersis: nam quot-
quot sunt omnes, angusta interluuie diuiduntur.
Rex nihil suum habet, omnia uniuersorum: ad æ-
quitatem certis legibus stringitur. Ac ne auaritia
diuerat à uero, discit paupertate iusticiam, ut po-
te cui nihil sit rei familiaris, uerum alitur è publi-
co. Nulla illi foemina datur propria, sed per uicissi-
tudines, in quancunq; commotus fuerit, usurariam
sumit: unde ei nec uatum, nec spes conceditur libe-
rorum.

Secundam à continentis stationem euntibus Or-
eades

Orcades in-
Julia.

31

cades præbent. Sed Orcades ab Hæbudibus porr̄d
absunt sepiem dierum, totidemq; noctium cursu.
Num ro tres, uicant homine. Non habent syllos
tantum iunceis herbis inhorrescunt. Cætera earum
nuicæ arene, & rupes tenent. Ab Orcadibus Thus
lem isq; quinq; dierum, & quinq; noctium nauis
gatio est. Sed i hule larga est, & diutina pomona
copiosa. Qui illic habitant, principio ueris inter
pecudes pabulis uiuunt, deinde lacte, in hyemem
conferunt arborum fructus. Vtuntur foeminitis uula
go, ertum matrimonium nulli.

Circuitus Britanicae quadragies octies septuaginta
taquinque millia passuum sunt. In quo spatio ma-
gna, & multa flumina, fontes calidi opipara excul-
ti apparatu, ad usus mortalium. Quibus fontibus
præsul est Mine uæ numen, in cuius æde perpetui
ignes nunquam canes sunt in fauillas, sed ubi cinis
tabuit, uerti ur in globos saxeos. Præterea, ut ta-
ceam metallorum largam, uariamq; copiam, qui-
bus Britannia solum undiq; generum pollet uenia-
Gagates la-
pis.
pis.

Gagates hic plurimus, optimusq; est
lapis. Si decorum requiras nigro gemmeus. Si qua-
litatem nullius ferè ponderis. Si naturam aqua ar-
det, oleo restinguitur. Si potestatem, attritu calfa-
ctus applicata detinet, & quæ ut succinā. Regionē
partim tenent Barbari, quibus per artifices plaga-

20

21

22

23

ORCADES insule
XXXIII.

63

63

62

62

61

61

Eptatus Orradum

POMONIA

OCEANVS
Deucaledonius

20

21

22

23

num figuras, iā inde à pueris uariæ animalium effigies incorporantur, inscriptisq; uisceribus hominis incremento pigmenti notæ crescunt. Nec quicquam magis patientiæ loco nationes feræ ducunt, quā nūt per memores cicatrices plurimum fuci artus *bibant.

*forte, p.
gant.

DE HISPANIA, ET CIRCV M
eam insulis. De Oceano, Mediterra-
neoq; mari, deq; uarijs eorum nomi-
nibus, & quid de maris incremento,
decrementoq; philosophi tra-
diderunt. Cap.

XXXVI.



Puerum ad continentem res Hispanienses uocant. Terrarum compa-
randa optimis, nulli posthabēda fructu-
gum copia, siue soli ubere, siue ui-
nearum prouentus recipere, siue arborarios ue-
lis. Omni materia affuit, quæcunq; aut pretio am- Vbertas H.
bitio sa est, aut usu necessaria. Argentum, uel aurū spanie.
si requiraz, habet, ferrarijs nunquam deficit, non
cedit uitibus, uincit olea. Diuidua est prouincij
tribus. Secundo Punico bello nostra facta. Nihil in
ea otiosum, nihil sterile: quicquid cuiuscunq; modi

negat.

negat messem, uiget pabulis. Etia quæ arida sunt
ac sterilia, rudentum materiam nauticis subminis-
trant. Non coquunt ibi sales, sed effodiunt Depur-
gant in minium nitelas pulueris. Fucani uellera, ut
ad ruborem merum depudent cocci uenenum.

In Lusitania promontorii est, quod Artabrum
alijs, alij Vlysipponense dicunt: hoc terras, cœlum,
maria distinguit. Terris Hispaniae latus finit: cœ-
lum, & maria hoc modo diuidit, quod à circuitu
eius incipiuit Oceanus Gallicus, & frons septen-
trionalis, Oceano Atlantico, & occasu terminatis;
Ibi oppidum vlysippo, ab vlysse conditum, ibi Ta-
gus flumen. Tagum ob arenas auriferas ceteris
amnibus prætulerunt. In proximis vlysipponis
equæ lasciuunt mira fœcunditate: nam spirante,
Fauonio uento concipiunt, & sicutientes uiros au-
rarum spiritu maritanur. Iberus amnis toti Hispani-
æ nomen dedit: Bætis prouincia, uterq; nobilis.
Carthaginem apud Iberos, quæ mox colonia facta
est, Poeni considerunt: Tarragonem Scipiones, i-
deò caput est prouincie Tarragonensis. Lusitanu-
Ceraunia littus pollet gemma. Ceraunia plurimum, quam e-
gemma, tiam Indicis præferunt. Huius Cerauniae color est
& Pyropo, qualitas igni probatur, quem si sine de-
trimento sui perferat, aduersus uim fulgurum cre-
ditur opitulari.

Cassiterio

Casiterides insulæ spectant aduersus Celtiberi latus, plumbi fertiles. Et tres Fortunatæ, è quibus solum uocabulum signandum fuit. Ebusus, è insulæ circa Balearibus, que è Dionio abest septingentâ stadia: Hispania. Serpentem non habet, ut pote cuius terra serpentes fugeret Colubraria, que Sucronem uersus est, focta est anguis. Beccchoris regnum Baleares fuerunt, usq; ad euersionem frugum cuniculis animalibus quondam copiosæ. In capite Bæticæ, ubi extremus est noii orbis terminus, insula à continentii septimgentis passibus separatur, quā Tyrij à Rubro profecti mari, Erythræam, Pœni lingua sua Gadir, id est, sepem nominarunt. In hac Geryonem habitat se plurimi monumentis probatur, tame si quidans putent Herculem boues ex alia insula abduxisse, que Lusitaniam contuetur.

Sed Gaditanum fretum à Gadibus dictum, Atlanticus aestus in nostrum mare discidium orbis immittit. Nam Ωκεανος, quem Græci sic nominant, à celeritate, ab occidente solis irrumpens, lævo latere Europam radit, Africam dextro, scissusq; Calpe, Abila montibus, quos dicunt columnas Herculis, inter Mauros funditur, & Hispaniam. Ac fredo isti cuius quindecim millia passuum efficit longitū sinus Mediæ latitudiō iux septem, quodam ostio aperit limen terræ inter equoris, mixtus mediterraneis sinibus, iis:

R

quos

quos ad usq; orientem propellit. Horum, qui Hispa-
nias perfundit, Ibericus fertur, & Balearicus: qui
Narbonensem prouinciam, Gallicus, mox Ligusti-
cus. Ab eo ad Siciliam Thuscus, quem Græci loni-
um, uel Tyrrhenum, Itali infernum vocant: à Sicilia
Cretam usq; Siculam inde Creticus, qui in Pamphili-
am, & Aegyptium protenditur mare. Quæ aqua-
rum moles torto in septentrionem prius latere,
anfractibus magnis iuxta Græcias, & Illyricū per
Helleponsum, in angustias stringitur Propontidis;
quæ Propontis Europam, Asiamq; descriminans;
ad Maeotidem peruenit. Causas nominum non uni-
formis dedit ratio. Asiaticum, & Phœnicium à
prouincijs dictum. Ab insulis Carpathium, Aega-
um, Icarœum, Balearicum, Cyprium. A gentibus
Ausonium, Dalmaticum, Ligusticum, Thuscum:
Ab oppidis Adriaticum, Argolicum, Corinthium,
Tyrum. A casibus hominum Myrtoum, uel Helle-
spontum. A memoria regis Ionium. A bouis tran-
stitu, uel angustijs etiam meatibus boum perijs, Bo-
sphorus. A moribus accolarum Euxinus, & syn-
ante appellatus. Ab ordine fluenti Propontis. Ae-
gyptium pelagus Asiae datur, Gallicum Europam;
& friculum Libyæ. His ut quæq; proxima sunt, uene-
runt in partes partium. Hæc in gremijs terrarum.
Oras autem extimas Oceanus amplectitur, qui
littor

Littoribus suis Arābieus, Persicus, Indicus, Eous, Oceāni dīlēb
 Sericus, Hyrcanus, Caspius, Scybiacus, Germani- sa nominatā
 cus, Gallicus, Atlanticus, Libycus, Aethiopicus de-
 cūtūr. Cuius accessus incrementa circa litora in-
 die uehementissimē proruunt, maximosq; ibi exti-
 tūs faciunt, siue quod suspensus aliis sustollatur us
 calorū: seu quod in ea parte orbis & fontium, &
 fluminū copia sit effusior.

Dubitatur etiam nunc quibus ex causis intu- Causæ in his
 mescat Oceānus, uel quatenus cum superfluis sibi mescantur. Quid
 fuerit, rursus in se residat. Nec in obscuro est, plu- causis
 ra pro ingenijs differentium, potius quam proue-
 ritatis fide expressa. Sed omissa ancipiū concurre-
 trium quæstione, has opinones probatissimas inue-
 niamus. Physici autem mundum animal esse, eā
 umq; ex uarijs elementorum corporibus congo-
 bacuti, moueri spiritu, regi mente. Quæ utraq; e
 diffusa per membra omnia, æternæ molis uigore
 exerceant. Sicut ergo in corporibus nostris com-
 mertia sunt sp̄ritalia ita in profundis Oceāni na-
 res quædam mundi constitutas, per quas emitti a
 belitus, uel reducti, moio efflent maria, quomodo
 reuocent. Ab hi qui syderum sequuntur disciplinæ,
 contendunt meatus istos commoueri Lunæ curvæ
 bus, adeò ut sic uicissitudines inter maciem aqua-
 rum, & plenitudinem, respiciant ad auctus eius.

uel defectiones. Neque eodem semper tempore, sed prout illa aut mergatur, aut surgat, uariant se alternantes recursus.

DE LIBYA, HORTIS HESPERI
tidum, ac Atlante monte.
Cap. XXXVII.



SHispacia excursus in Lybianam
Nam Belone progressus, quod Ba-
hicae oppidum est, ultra interiacet
fretum trium & triginta millium
passuum, tingi excipit, Mauritaniæ nunc colo-
nia, & cuius primus auctor fuit Antæus. Porro
quia in illo ambitu Aegyptium finitur pelagus, &
Libycum incipit: placuit ut Africam, Libyam dice-
remus. Quidam tamen Libyam à Libya Epaphi
filia, Africam autem ab Afro Libys Herculis filio,
potius dictam receperunt. Lix quoque colonia in
eodem tractu constituta est, ubi Antæi regia, qui ima-
plicandis, explicandisq; nexibus humi melius scir-
ens, uelut genitus matre terra, ibidem ab Hercule
uictus, & extinctus est. Nam de hortis Hesperidis,
& periugili dracone, ne famæ licentia uulneretur,
fides & ratio hæc est. Flexuoso meatu æstuarium
& mari fertur, adeò sinuosis lateribus tortuosum.
at uic-

Fabula de Ho-
spiū hortis.

Ut uisentibus procul lapsus angueos fracta uertige
ne mentiatur. itaq; quod hortos appellauere cir-
cundat. Vnde pomorum custodem interpretantes,
struexerunt iter ad mendacium fabulā di. Sed hęc
insula sinuata sinibus aliue recurrentis, & in qui-
busdam æquoris spiris sita, præter arbores Olea=
stri similes, & aram sacrā Herculi, aliud nihil præ-
fert, quod propaget uetustatis memoriam. Verūm
ultra frutices aureos, & metalla frondentia, illud
magis mirum, quod solum inferiore licet libra de-
pressus, nunquam tamen accessus freti superlabi-
tur, sed obstaculo naturalis repaguli in ipsis mar-
ginibus heret unda, & intimis orarum supercilij
sponte fluctus in gyrum resistunt. Ita spectando lo-
ci ingenio nimirum planicies manet sicca, quam-
vis prona superueniant æquora.

Sala oppidum imminet saie flumini. Ab hoc
per Autololum gentem iter est in Atlanticas soli-
tudines. Atlas mons è media arenarum consur- Atlas mons.
git uasitate, & eductus in uiciniam Lunaris circu-
li ultra nubila caput condit. Quà ad Oceanum
extenditur, cui à se nomen dedit, manat fontibus,
nemoribus inborrescit, rupibus asperatur, squalet
lunio, humo nuda, necherbida. Quà Africā con-
uersus est, opimus nascentibus sponte frugibus, ar-
boribus proceris opacissimus, quarum odor gra-

quis com e cupressi similes, uestiuntur lanugine ser-
 ricas uelleribus nibilo uillore, in eo latere, & her-
 ba euphorbia copiosa, cuius succus proficit ad os-
 culariam claritatem, & multiplex præsidium sa-
 nitatis, nec mediocriter percellit vim uenenorum.
 Vertex semper nivalis. Saltus eius quadrupedes,
 ac serpentes, feræ, & cum his Elephanti occupa-
 uerunt. Sit per diem uniuersus, nec sine horrore
 secretus est: lucet nocturnis ignibus, choris Aegi-
 panum undiq; personatur. Audiuntur & canus ti-
 biarum, & tinnitus cymbalorum per oram mari-
 timam. Alixa abest quinque, & ducentis millibus
 passuum: Lix à Giditano freto centum duo decim
 millibus, habitatus autem, ut indicat loci facies, quon-
 dam cultu exercita, in qua usq; adhuc uitis, & pal-
 mæ extant uestigia. Apex Perseo, & Herculi per-
 vius, cæteris inaccessus. Ita fidem ararum inscri-
 ptio palam facit. Qua spectat occasum inter ip-
 sum, & flumen Anatum per quadringenta nonad-
 ginta sex millia passuum infames sylyæ bestijs ob-
 sident. Amnes circa eum non tacendi, qui licet se-
 parentur inter uallis amplioribus, transierunt ta-
 men in quoddam Atlantici montis ministerium.
 Asana marino haustu, Bamboium Crocodilis, &
 Hippopotamis refertum. Ultraq; adhuc amnis qui
 vitro colore exit per intimas, & exustas solitudi-
 nes

nes, quæ torrente perpetuo, & sole nimio, plus quam ignito nunquam ab æstu vindicatur.

Hæc de Atlante, quem Mauri Dyrin nominat, & Hannonis Punici libri, & nostri annales prodiderūt Iuba etiā Ptolemaei filius, qui uirinq; Mauri tanie regno potitus est. Suetonius quoq; Paulinus sumemam huic cognitioni imposuit manum, qui ultra Atlantem primus, & penè solus Romana sese circumtulit.

DE MAURITANIA, IN EA
de Elephantis. De Draconibus,
unde cinnabaris. Cap.

XXXVI. I.

Prouincijs Mauritanij Tingitana, quæ Solstitiali plague obuia est, quaq; porrigitur ad internum mare, exurgit montibus septem, qui à similitudine fratres appellati fretò imminent: hi mōtes Elephantis frequentissimi sunt.

Monet à principio hoc genus animantium dice re. Igitur Elephanti iuxta sensum humanum intel- Elephantorū lectum habent, memoria pollut, syderum seruant natura. disciplinam. Luna nitescente gregatim amnes pe- tunt, mox aspersi liquore, solis exorium, motibus.

R 4 quibus

quibus possunt, salutant, deinde in saltus reuertuntur. Duo eorum genera sunt nobiliores indicat magnitudo, minores Nothos dicunt. Candore deum intelligitur iuventa, quorum alter semper in ministerio est, alteri parcitur, ne hebetatus assiduo percussu, minus uigeat, si fuerit dimicandus. Cum uenatu premuntur, pariter confringunt utrosque ut ebore damnato non requirantur, hanc enim sibi causam periculi presentiunt. Oberrant agmina tim: natu maximus dicit agmen, etate proximus cogit sequentes. Flumen transituri minimos amittunt, ne maiorum ingressu alueum atterant, et profundos depreßis uadis gurgites faciant. Venem ante annos decem foeminae, ante quinq; mares nesciunt. Biennio coēunt, quinis nec amplius in anno diebus, non prius ad gregarium numerum reverisci, quam uiuis aquis abluantur. Propter saeinas nunquam dimicant: nulla enim nouerunt adulteria. Inest illis clementia bonum. Quippe si per deserta uagabundum hominem forte uiderit, ductus usq; notas vias præbenit: uel si confertis peccoribus occurrit, itinera sibi bianda, et plaudita manu faciunt, ne quod obuium animal interierat. At conflictu fortuito si quando pugnatur, non mediocrem habent curam sauciorum: nam fessos uulnernatosq; in medium receptant. Cum captiuitate

vitale uenerint in manus hominum, mansuescunt
bausto ordei succo. Maria transmeaturi, naues no
prius subeunt, quam de reditu illis sacramentum
luatur. Indicos & elephanios Mauri timent, & qua
si paruitatis sue consij aspernantur ab his uideri.
Non annis decem ut uulgus, sed biennio, ut Aristoteles
definit, utero grauescunt, nec amplius, quam
semel gignunt, nec plures, quam singulos. Viuunt
in annos trecentos, impatientissimi frigoris, trun
cos edunt lapides hauriunt, grauissimas in cibatis
palmas habent. Odorem muris uel maxime fugi
unt, pabula etiam, quæ à musculis contacta sunt,
recusant. si quis casu Chamæleontem denoraue
rit, uermem Elephatis ueneficum, oleastro sumpto
pesti medetur. Durißimum dorso tergus est, uen
tri mollitus, setarum hirsutiæ nullæ.

Inter hos & Dracones iugis discordia: deniq
uis fidie hoc astu preparantur. Serpentes propter
semitas delitescunt, per quas Elephanti assuetis
callibus euagantur, atque ita prætermisbis prioria
bus, postremos adoriantur, ne qui antececesserint,
ualeant opitulari. Ac primum pedes modis illigantur,
ut laqueatis cruribus impediant gradiendi faci
tem. Nam Elephanti nisi præuenti hac spirarum
mora uel arboribus se, uel saxis applicant, ut pon
dere nitibundo attritos necent angues. Dimicatio

nis præcipua causa est, quod Elephantis, ut aiunt, frigidior inest sanguis, & ob id à draconibus aut dissimile torrente captianiur æstu. Deniq; nunquam inuadunt nisi potu grauatos, ut uenis propensius irrigatis maiorem sumant de oppressis satietatem. Nec aliud magis quam oculos petunt, quos solos expugnabiles sciunt: uel interiora aurium, quodis tantum locus defendi non potest Proboscide. Itaq; cum ebiberint sanguinem, dum ruunt bellæ, dracones obruuntur. Sic utrimq; fusus cruor terram imbuit, fitq; pigmentum quicquid soli tinxerit, quod Cinnabarum uocant. Elephantes Italia anno urbis conditæ quadragesimo septuagesimo secundo in Lucanis primùm bello Epirotico uiditi, & boues Lucas inde dixit.

Cæsariensis Cæsariensi coloniæ Cæsaria inest à Diuo Claudio deducta, Bochi prius regia, postmodum ubi indulgentia populi Romani, dono data. Inest & oppidum Siga, quod habitatum Siphaci fuit. Nec ab Icosio taciti recedamus. Hercule enim illac traxi eunte, uiginti qui à comitatu eius descuerant, locum deligunt, iaciunt mænia, ac ne quis imposito à se nomine priuatim gloriaretur, de cendentium numero, urbi non men datum.

DE

DE NUMIDIA, ET IN EA
de Vrsis. Cap. XXXIX.



Vod est à flumine Ampsaga Numide datur. Huius incolæ quandiu erarunt pabulationibus uagabundis, Nomades dicti sunt. Urbes in ea quæ purimæ nobilesq; sed Cirta eminet, deinde Cullu, purpurario fuso Tyrijs uelleribus comparata. Omnis hæc regio finibus in Zeugitanum limitē definit. Qua parte sylvestris est, feras educat: qua iugis ardua, equos alit. Eximo etiam marmore prædatur. Numidi ursi forma cæteris præstata, rabié duntaxat, & uillis profundioribus: nam genitura par est quoquo loco editis, eam protimus dixerō.

Coëunt non itidem quo quadrupedes aliæ, sed Vrforum amplexibus mutuis, uelut humanis coniugationibus copulantur. Desyderium ueneris hyems suscitat. Secreti honore reuerentur mares grauidas, & in ysdem licet foueis, partitis tamē per scrobes seæcubationibus diuiduntur. Lucinæ illis properatus tempus est. Quippe uterum tricesimus dies liberat, unde euenit, ut precipita a foccunditas, infornes creet partus. Carnes pauxillulas edunt, quibus color.

bus color candidus, oculi nulli, & de festina immaturitate tantum rudit saries exceptis unguium linementis. Has lambendo sensim figurant, & interdum ad pectora eas fouent, ut assiduo incubitu calfacte animalem trahant spiritum, interea cibus nullus. Sanè diebus primis quatuordecim menses in somnū ita concidunt, ut nec uulneribus exercitari queant. Enīxē quaternis latent mensibus mox egressæ in diem liberum, tātam patiuntur insolentiam lucis, ut putes obsitas coecitate. Inualidū ursis caput, uis maxima in brachijs, & in lumbis, unde interdum posticis pedibus insistunt. Insidiantur aluearibus apum, maximè fauos appetūs, nec audiūs aliud quam mella captant. Cum gustuere Mandragoræ mala, moriuntur; sed eunt obuiam, ne malum in perniciem conualescat, & formicas uorant, ad recuperandam sanitatem. Si quando tauros adoriuntur, sciunt quibus potissimum partibus immorentur, nec aliud quam cornua, aut nares petunt. Cornua ut pondere defatigent, nares ut acrior dolor sit in loco teneriore. M. Messala consule, Lucius Domitius Aenobarbus curul. s. æ dilis, ursos Numidicos centum, & totidem aethiopas uenatores, in circo Romano edidit. Idq; spectaculum inter memorabiles titulos annotatur.

DE

DE AFRICA. DE LEONIBVS.
 De Hyæna. De uarijs serpentum dif-
 ferentijs. De gemmis, deq; monstro-
 sis animalium generibus, ac alijs
 in ea regione mémoratu di-
 gnissimis. Cap. XL.



Mnis Africa à Zeugitano pede inci-
 pit, promontorio Apollinis Sardi-
 niæ, controuersa promotorio Mer-
 curij procedens in frontem Sicaniæ.
 Ita ininde extenta in duas prominentias, quarum al-
 tera promotorium Candidum dicitur, altera, quæ
 est in Cyrenaica regione Phicuntem uocat. Ea per
 sinum Creticum opposita Cretæ insulæ, contra Te-
 haro Laconicæ, excurrit arenis. Catabathmos Ae-
 gypcio insinuata, cui proxima Cyrenensis extendi. Cyrenaica
 tur inter duas Syrtes, quas inaccessas uadousum ac regio.
 reciprocum mare efficit. Cuius sali defecus, uel in
 trementa haud promptum est deprehendere, ita in
 tectis motibus nunc in brevia rescinditur dorso=
 sagittinæ æstibus inundatur quietis. Varro author
 est. Perflabilem ibi terram uentis penetrantibus
 subita uim spiritus citissimi, aut renomere maria,
 aut resorbere.

Omnis

Omnis hæc plaga ab Aethiopia, & terminis
sie Nigro flumine, qui Nilum parit, ab Hisp[ania]i
freti scinditur. Laere quo ad meridiem uergit,
fontium inops est, & infamis sunt altrinsecus quæ
septentrionem pati ur[a]quarum larga. In agro By
zaceno qui patet ducentis passuum uel amplius mil
libus, glebis ita pinguibus, utiacta sibi emina cum
incremento centesimæ frugis renascantur. Exter
nos in ea plurimos conuentasse argumento de lo
cis & urbibus dabimus. Borion promontorium,
quod Aquilone ceditur, Græci aduenæ sic vocau
runt, Hippo[n]em Regium postea dictum. Item Hip
ponem alterum, de interfliente fredo Diarrhyton
nunc upatum, nobilissima oppida, equites Græci
condiderunt. Clypeam ciuitatem Siculi extriun
& Aspida primum nominant. Veneriam etiam in
qua veneris Erycinæ religiones transfulerunt. A
chæi Tripolin lingua sua signat, de trium urbium
in nero Taphræ, Abrotoni, Leptis Magnæ Philæ
nis fratribus à laudis cupidine graium uocamen
tum. Adrymeto, atq[ue] Carthagini auihor est à Ty
ro populus.

Sed que super Carthagine ueraces libri prodi
Carthago. derunt, hoc loco reddam. urbe in istam (ut Cato in
oratione Senatoria autumat) cū rex Lapon rerum
in Libya potiretur, Elija mulier extruit domo
Phœnix

Phœnix, & Carthadam dixit, quod Phœnicum o-
re exprimit ciuitatem nouam. Mox sermone uera-
so in uerbum Punicum, & haec Elissa, & illa Car-
thagogo dicta est. Que post annos septingentos tri-
ginta septem exceditur, quam fuerat extructa. De-
inde a C. Graccho colois Italicas data, & Iunonia
ab eo dicta aliquantis per ignobilis humili, & lan-
guido statu. Demum in claritatem secundæ Care-
thaginis interieclis centum & duobus annis. M.
Antonio. P. Dolobella consulibus eniuit, alterū,
post urbem Romam, terrarum decus.

Verum, ut ad Africam redeamus, ipsa suo cingi-
tur angulo. Interna eius plurimæ quidem bestiæ,
sed principali er Leones tenent. Qui, ut Aristote- **Leones**
les prohibet, soli ex eo genere, quod dentatum uo-
tant uident protinus atq; nascuntur. Quorum tri-
fariam genus scinditur: nā breuiores, & iubis cri-
bri plerumq; ignavi sunt, & imbelles: longiores,
& coma simplici, acres magis, ac potentes. At hi,
quos creant Pardi, in plebe remanent iubarum im-
opes. Pariter omnes parcunt à sagina, primum
quod alternis diebus potum, alternis cibum capi-
unt. Ac frequenter si concoctio non est insecuta, sa-
laciæ cibationi superponunt diem. Tum quod car-
nes iusto amplius deuoritas, cum grauantur inser-
e in ora unguibus sponte protrahunt. Sane &
CUM

cum fugiendum est, in satietate idem faciunt. Senes
etiam defectio probat dentium. Nam clementia ini-
dici multa sunt: prostratis parcunt, in viros potius
quam in foeminas sœuiunt, infantes non nisi in
magna fame perimunt, nec à misericordia separan-
tur. Assiduis deniq; exemplis patet eos pepercisse,
cum multi captiuorum aliquot Leonibus obuijs in-
tacti repatriauerint. Getulæ etiam mulieris nomē,
Iubæ libris comprehensum est, quæ obtestata oc-
cursantes feras, impunis rediit. Auersi coeunt, nec
hi tantum, sed et Lynxes, et Cameli, et Elephan-
ti, et Rhinocerotes, et Tigrides. Leæne fœtu pri-
mo catulos quinq; edunt, deinde persingulos part-
tus numerum decoquunt annis insequentibus: sed
postremò cum ad unum materna fœcunditas reci-
dit, ut ultimo singulos procreent, steriles sunt in
eternum. Animos Leonum frons, et cauda indi-
cant, sicut motus equini de auribus intelliguntur;
dedit enim has duas notas generosissimo cuiq; natu-
ra. Vis summa in pectore est, firmitas in capite, et pra-
cipua. Cum premuntur à canibus, contemptim re-
cedunt, subsistente s̄q; interdum anticipi recessu dis-
simulant timorem. Idq; agunt, si in campis patenti-
bus, ac nudis urgeantur. Nam sylvestribus locis
quasi testem ignavie non reformidantes, quantâ
possunt se fuga subtrahunt. Cum in sequuntur, nia-

sum saltu adiuuant: cum fugiunt, non ualent salire.
 Gradientes mucrones unguium uaginis corporum
 claudunt, ne acumina attritu retundantur: hoc a-
 deo custodiunt, ut non nisi aueris facultis cur-
 rant. Septi à uenantibus obtutu terram contuen-
 tur, & quo minus conspectis uenabulis terreantur.
 Nunquam limo uident, minimeq; se uolunt aspici-
 cantus gallinaceorum, & rotarum timent strepi-
 bus: sed ignes magis.

Leontophonus vocari accepimus bestias modi= **Leontophus**
 cas, quæ captæ exuruntur, ut earum cineris asper- nes.
 gine carnes pollutæ, iactæq; per compita percur-
 rentium semitarum Leones necent, si quantulum-
 cunq; ex illis sumpserint. Propterea Leones natu-
 ralius præmunt odio, atque ubi facultas data est,
 morsu quidem abstinent, sed dilaniatas exanimant
 pedum nisibus. Spectaculum ex his primus Romæ
 edidit Scœuola, Publij filius, in curuli ædilitate.

Hyænam quoq; mitrit Africa, cui cum spina ri= **Hyæna**
 get, collum continua unitate flecti nequit, nisi toto
 corpore circumacto. Mæta de ea mira. Primum
 quod sequitur stabula pastorum, & auditu assiduo
 addiscit uocamē, quod exprimere posset imitatio-
 ne uocis humanæ, ut in hominem astu accitum no-
 te se uiat. Vomitus quoq; humanos mentitur, fal-
 sis singultibus sollicitatos sic canes deuorat. Quis
 forte

forte si uenantes umbram eius dum sequuntur con-
tigerint latrare nequeunt uoce perdita. Eadē Hyē
na inquisitione corporum sepulchorum busta eruit
propterea promptius est marem capere: fœminis
enim ingenita est callidior astutia. Varietas multa
plex inest oculis, colorumq; mutatio, in quorū pila-
pillis lapis inuenitur, Hyænum dicunt, præditum
illa potestate, ut cuius hominis fuerit lingue subdi-
tus, prædicat futura. Verum Hyæna quodcunq; da-
nim aliter lustrauerit, mouere se non potest. Qua-
propter Magicam scientiam inesse ei pronuncia-
uerunt. In Aethiopiæ parte coit cum leæna, unde

Crocute. nascitur monstrum, cui Crocutæ nomen est. Voces
hominum & ipsa pariter affectat. Nunquam con-
niuet aciē orbium, sed in obtutum sine nictatione
contendit. In ore gingua nulla, dens unus, atq; per-
petuus, qui ut nunquam retundatur, naturaliter
capsularum modo clauditur. Inter ea, que dicunt

Onagri. herbaria eadem Africa Onagros habet, in quo ge-
nere singuli imperitant gregibus fœminarum. Ace-
mulos libidinis suæ metuunt. Inde est quod granu-
das suas seruant, ut in editis maribus, si qua facultas
fuerit generandi, spem morsu detruncent. Quod
cauentes fœminæ in secessibus partus occulunt.

Africa. serpentibus adeò fœcunda est, ut malis
Ceraste. huius merito illi potissimum palma detur. Ceraste
prefixa

preferunt quadrigemina cornicula, quorum ostenta
 tatione, ueluti esca illice, sollicitas aues perimunt.
 Nam reliqua corporis de industria arenis tegunt,
 nec ullum indicium sui praebent, nisi ea parte, qua
 inuitatis dolo pastibus necem præpetum aucupen-
 tur. Amphibœna consurgit in caput gemmum, **Amphibœna**
 quorum alterum loco suo est, alterum in ea parte,
 qua cauda. Que causa efficit, ut capite utrumq; se-
 cundus nutabundo serpattractibus orbiculatis. Iaculi
 arbores subeunt, e quibus ut maxima turbinati, pe-
 retrant animal, quoenamq; obuium fortuna fecerit.
 Scytale tanta præfulget tergi uarietate, ut notarū **Scytale**
 gratia uidentes retardet, et quoniam reptando pi-
 gior est, quos assequi nequit, miraculo sui capiat
 supentes. In hoc tamen squamarum nitore hyema-
 les exuicias prima ponit. Plures, diuersæq; **Aspi.** **Aspidæ**
 dum species sunt, uerum dispare effectus ad no-
 cendum. Dipsas siti interficit, Hypnale somno ne-
 cat, teste etiam Cleopatra emitur ad mortem. Aliar-
 rum virus, quoniam medelas admittit, minus fami-
 meretur. Hæmorrhoidis morsu sanguinem elicit, et
 dissolutis uenarum conuertijs, quicquid animæ est,
 euocat per cruorem. Prester quem percusserit di-
 stenditur, enormijs corpulentia necatur extubera-
 tus. Ictus Sepium putredo sequitur. Sunt et **Am-**
modite, est et **Cenchrus**, **Elephantæ**, **Chersydris**

Chamædracontes. Postremò quantus non invenimus tantus mortuum numerus, Nam Scorpiones, Scitici, lacertiq; uermibus, nō serpentibus asscribuntur. Monstra hæc si bibant, clementius ferriunt. Habent affectus. Non temere nisi coniuges euagantur: capto altero, uel occiso, uter superfluerit efferratur. Subtiliora sunt capita foeminiis, alii tumidiores, pestis nocentior: masculus equaliter teres est, sublimior etiam mitiorq;. Igitur anguibus uniuersitatis uisus est, raro in aduersum contuentur: nec frusta, cum oculos non in fronte habeant, sed in temporibus, adeò, ut citius, audiant quam quid appiciant.

*Heliotropion
gemma.*

De gemma Heliotropio inter Aethiopiam, Africam & Cyprum certamen fuit, quemam mitteret generis huius eminentissimam, deprehensumq; eis documentis plurimis Aethiopicam, aut Libycam palmam tenere. Viridi colore est, non ita acuta, sed nubilo magis, & represso, stellis puniceis suis perspersa. Causa nominis de effectu lapidis est, & potestate. Deiecta in Labris æneis radios solis manifestat sanguineo repercußu, utraq; aqua splendore aëris abiicit, & auertit. Etiam illud posse dicitur, ut herba eiusdē nominis mixta, & præcantationibus legitimis consecrata, cum à quocunq; gestariatur, subtrahat uisibus obuiorum.

Intra

Inter Syrtes quamuis terra per gentibus iter sy= Syrtes ter=
 teribus destinatur, nec aliter cursus patescit. Nam restres.
 putris soli faciem aura mutat, & minimo licet uen= to tantam diuersitatem flatus efficit, ut subinde e=
 Hersis sicibus locorum nulla indicia agnitioni re= linquantur, cum modò quæ fuerāt tumulis ardua, in ualles residunt, modò quæ uallibus pressa cœtu pulueris aggerantur. Ita etiam continens naturam maris sui patitur. Nec interest ubi potius sint pro= selle, cum ad exitium uiantium elementis congru= entibus in terris fabra sœuant, in mari terra. V= træq; Syrtes ducentis quinquaginta millibus pas= suum separantur, aliquanto clemētior, quæ minor est. Cneo deniq; Seruilio C. Sempronio Cons. inter Marinas. hec uadosa classem Romanam impunè accepimus perfetasse, in hoc sinu Meninx insula post Myn= turnenses paludes. C. Mario fuit latebra.

Supra Garamantis Psylli fuerunt, contra noxi Psylli. um uirus muniti incredibili corporis firmitate. Sa li morsibus anguum non interibant, & quamuis dente letali appetiti. incorrupta durabant sanita= te. Recens etiam editos serpentibus offerebant. Si essent partus adulterini, matrum crimina plectea bantur interitu paruolorum. Si pudici, probos or tus à morte paterni sanguinis priuilegium tueba= tur. Sic originis fidem probabant uenenis iudican

S 3 tibus.

qibus. Sed hæc gens interiit à Nasamonibus capta.
Neq; quicquam aliud præter opinionem de uesti-
gio nominis sui Psylli reliquerunt. Nasamones
lapidem Nasamones dant sanguineum uniuersum,
nigris uenulis adumbratum.

In intimo recessu Syrtis maioris circa Philano-
rum aras, Lothophagos fuisse didicimus, nec incer-
tum est. A Philænorum aris non procul palus est,
quam Triton amnis influit, ubi speculatam se artuū
Deam crediderunt. Maior Syrtis estentat oppidū,
Cyrenus uocant, quod Battus Lacedæmonius O-
lympiade quinta et quadragesima rege Martio
res Romanas tenente, anno post Troiam captam
quingentesimo octogesimosexto, cōdidit. Quod do-
mus Callimachi poëtæ fuit patria.

Templum Ammonis. Inter hoc oppidum, et templum Ammonis mil-
lia passuum quadringenta sunt. Templo fons pro-
ximat soli sacer, qui humoris nexibus tumū strin-
git, fauillam etiam in cæspitem solidat, in qua gle-
ba non sine miraculo locus uiret undique, secus de-
gris arenibus. Illic et lapis legitur, ammonis no-
cant cornu: nam ita tortuosus est et inflexus, ut
effigiem reddat cornu arietini, fulgore aureo et.
Prædiuina somnia representare dicitur, subiectis
capiti incubantium. Et arbor est Metops nominata
ex qua profuit lentus humor, quæ à loco Ammo-
niacum

niacum nominamus. Apud Cyrenenses præterea
 Syrpe gignitur, odoratis radicibus, uirgulto her- Syrpe unde
 bido magis quam arbusto. Cuius è culmo exudat Laser.
 restatis tempore pingue roscidum, idq; pascentium
 hircorum inhæret barbulis. Vbi cum arefactum
 moleuit, guttis styriacis legitur ad usum mensarū,
 uel medelæ magis. Dictum est primum lac Syripi
 cum, quoniam manat in modum lacteum, demde
 usu deriuante Laser nominatum. Quæ germina i-
 nitio barbaricæ impressionis uastatis agris, po-
 ses ob intolerandam uectigelia nimietalem, fermè
 penitus ipsi accolæ cruerunt.

Cyrenis ab Leu Africa est, ab dextra Aegyptus,
 a frōte sœum, & importuosum mare, à tergo Bar-
 barorum uariæ nationes, & solitudo inaccessa, in-
 cultaq; & squalens, quæ Basiliscum creat, malum
 in terris singulare. Serpens est penè ad semipedem
 longitudinis, alba quasi mitrula lineatus caput. Basiliscus.
 Nec hominis tantum, uel aliorum animantium exi-
 tis datus, sed terræ quoq; ipsius, quam polluit, &
 exurit, ubi cunq; ferale sortitur receptaculum. De-
 nigræ extinguit herbas, necat arbores, ipsas etiam
 corrumpit auras, ita ut in aëra nulla alitum impu-
 né transuoleat, infectum spiritu pestilenti. Cum mo-
 netur, media corporis parte serpit, media ardens
 est, & excelsus. Sibilum eius etiam serpentes alij

perhorrescunt, et cum acceperint fugam, quæque
quoquo possunt properant. Quicquid morsu eius
occiditur, non depascitur fera, non attrectat ales.
Mustelis tamen uincitur, quas illinc homines insa-
runt cauernis, quibus delitescit. Vis tamen ne dea-
functo quidem deest. Deniq; Basilisci reliquias am-
plio festertio Pergameni compararūt, et, ut ædem
Apollinis manu insignem, nec araneæ intexerent,
nec alites inuolarent, cadauer eius reticulo aureo
suspensum ibidem locarunt.

Berenice Circa extimum Syrtium cornu, Berenice civi-
cuitas. tatem alluit Lethon amnis, inferna, ut putant, exun-
datione prorumpens, et apud pristinos uates lati-
ce memoratus obliuionis. Hanc Beronice muniuit,
que Ptolemaeo tertio fuit nupta, et in maiori syr-
te locauit.

Omne autem latifundium, quod inter Aegyptum,
Aethiopiam, Libyamq; effunditur, quacunq; lucis
Simiarum opacum est, uarium impleuit Simiarum genus. Nec
terra. quisquam offensus nominis cognitione grauetur.
Enim uero opera precium est nihil omittere, in quo
naturæ spectanda sit prouidentia. Vulgus simiarum
in his est, quas passim uidemus non sine ingenio a-
mulandi, quo facilius in manus ueniunt. Nam dum
auidè uenantium gestus affectant, relictæ consulto
uisci unguilla, quod mendacio factum uident, oculos suos

los suos oblinunt, ita uisu obducto, prouum est eas corripi. Exultant noua luna, tristes sunt cornuto, & cauo sydere. Immoderatè foetus amant, adeò ut catulos facilius amittant, quos impendio diligunt, & ante se gestiant, quoniā neglecti pone mā trem semper harent. Cercopitheci caudas habēt. Hęc sola discretio est inter prius dictas. Cynocephali & ipsi sunt è numero simiarum in Aethiopie partibus frequentissimi. Violenti ad saltum, feri morsu, nunquam ita mansueti, ut non sint magis rabidi. Inter Simias habentur & Sphinges uilose comis, mammis prominulis, ac profundis, doiles ad feritatis obliuionem. Sunt & quas uocant Satyros, facie admodum grata, gesticulatis motib. inquiete. Callitriches toto penè aspectu à ceteris differunt, in facie barba est, lata cauda. Has capere non est arduum, sed proferre rarum: neq; enim uiunt in altero, quā in Aethiopico, hoc est, suo solo:

DE HAMMANIENTVM GEN
te, de q̄ in ea domibus sale con-
structis. Cap. XL.



Inter Nasamonas, & Troglodytas, gens Hammanientum est, quæ salibus domos extruunt, quos immo-

S 5 dunc

dum cautium è montibus excitatos ad usum ediu
cementicijs neclunt struibus. Tanta ibi buiuscē ue
nē copia est, ut tecta faciant è salinis. Hi sunt Ham
manientes, qui commertia cum Troglodytis ha
bent. Carbunculi gēmæ citra Hammanientes pro
piores Nasamonibus. Asystæ Lasere uiuunt, hoc
aluntur, hoc illis edule est.

DE GARAMANTIBVS, DE
quē miro apud eosdem fonte.

Cap. XLII.



Aramantum oppidū est Debris fons
te miro, qui deniq; alternis uicibus
die frigeat, nocte frueat, ac per ead
em uenarum commertia interdum
ignito uapore æstuet, interdum glaciali horrore al
gescat. Incredibile memoratu, ut tam breui tempo
ris curiculo. natura tam dissonat sui faciat varie
tatē. Idq; qui percontari uelit, tenebris inesse fluo
ri illi æternam facem credat. Qui rimetur die brua
males scatebras, nunquam aliud existimet, quam
perpetuè rigere. Vnde non immerito per gentes
Debris inclyta est, cuius aquæ ex coelesti uertigine
mutant qualitatem, quamuis controversa syderū
disciplina. Nam cum nūdum à calore uestere tem
peret,

peret, ab occasu incipit ita intalescere, ut ni tactio
abstineas, noxiun sit contigisse. Rursus cum ortus
solis incanduerit, & radijs seru facta sint omnia,
sic glaciales euomit scaturigines, ut hauriri etiam
at sufficientibus nequeat. Quis ergo non stupeat son-
tem, qui friget calore, calet frigore?

Garamanicae regionis caput est Garamana, ad
quam iter diu inextricabile fuit, & imium. Nam
latrones puteos arenis operiebant, ut temporariae
fraude subductis aquis in fame, & siti iter submo-
ueret accessus uiantium. Sed Vespasiano principe
bello, quod cum Oenissibus gestum est, difficultas haec
interiit, compendio spacij breuioris reperio. Gara-
mantas Cornelius Balbus subegit, et primus ex hac
victoria triumphauit. Primus sane de externis, ut
pote qui Gadibus genitus accessit ad gloriam no-
minis triumphalis. Armenta gentis istius obliquis
ceruicibus pabulantur: nam si recta ad passum ora
dirigant, officium prona in humum cornua, & ob-
nixa. Ex parte, qua Cercina est, accipimus Gaulon
insulam, in quam serpens neq; nascitur, neq; uiuit
in uela: propter ea iactus ex ea quocunq; gentium
puluis, arcet angues: Scorpiones
superiactus illico
perimit.

DE

DE AETHIOPIA. DE EIVS
regionis hominum obscenis mori-
ribus, ac eorundem hominum mon-
strosis formis. De Draconibus, mi-
raeque naturae ibidem feris alijs. De Cin-
namomo aromate, deque Hyacin-
tho lapide. Cap. XLIII.



Ethiopes, & Atlanticae gentes Ni-
gro flumine dividuntur, quem par-
tem putant Nili. Sic papyro uiret,
sic calamo praetexitur, animalia et
dem edit, iisdem temporibus exundat, intraripas
tunc quoque redit, cum contentus est alveo suo Ni-
lus. Garamantici Aethiopes: matrimonia priua-
tim nesciunt, sed omnibus uulgo in uenerem licet,
inde est, quod filios matres tantum recognoscunt,
nam paterni nominis nulla reverentia est. Quis
enim uerum patrem nouerit in hac luxuria incesti
lascivientis? Eapropter Garamantici Aethiopes
inter omnes populos degeneres habentur: nec ima-
merito, quia afflictæ casitatis disciplina, successio-
Aethiopica nis notitiam ritu improbo perdiderunt.
gens uastis. Nomen Aethiopum late patet in parte Africae
fina, qua Meroen uidet Libya. Plurimæ eorū sunt,
Guanie

Variæ nationes. Harum è numero Nomades Cy-
 nocephalorum lacte uiuunt: Syrbotæ longi sunt ad
 Pedes duodecim: Asachæi captos uenatibus Ele-
 phantos deuorant. Apud Sambros nulla est aurio-
 ta quadrupes, nec Elephanti quidem. His proximi-
 summam regiæ potestatis Cani tradunt, de cuius
 motibus quidnam imperitet, augurantur. Mariti-
 mos Aethiopas quaternos oculos dicunt habere:
 sed fides alia est: illi deniq; quod & uident pluris-
 mūm, & manifestissimè destinant iactus sagittarū.
 Occidentem uersus Agriophagi tenent, qui solas
 Pantherarum, & Leonum carnes edunt, rege præ-
 diti, cuius in fronte oculus unus est. Sunt & Pam- Portentose
 phagi, quibus esca est quicquid mandi potest, & formæ hominē
 omnia fortuitu gignentia. Sunt & Anthropophânes,
 quorum mores uocamen sonat. Cynamolgos
 aiunt habere caninos rictus, & prominula ora.
 Arhabathitæ proni, atq; quadrupedes, nec secus
 ac feræ sine sedibus euagantur. Confines Mauri-
 tanie certo tempore Locustas terrestres legunt, dis-
 ratasq; sal sanguine in præsidium uitæ solas habent.
 Sed ex illis quadragesimum æui annum nullus si-
 pergreditur.

Ab Oceano isto ad Meroen, quam insulam an-
 plexu primo Nilus facit, millia passuum sunt sexcen-
 tæ uiginti. Ultra Meroen super exortum solis Ma-
 crobii

erobijs Aethiopes vocantur, dimidio enim eorum potentior, quam nostra uita est. Hi Macrobijs iusticiam colunt, amant æquitatem, plurimum ualent robore, præcipua decent pulchritudine, ornantur ære: auro uincula faciunt noxiorum. Locus apud

Germ. Das eos est Heliutrapeza opiparis epulis semper refer Schlauroffen tur, quibus indiscretè omnes uescuntur: nam & di uinitus eas augeri ferunt. Est & ibideum lacus, quo perfusa corpora uelut oleo nitescunt, ex hoc lacu potus saluberrimus. Sane adeo liquidus est, ut ne caducas quidem uehat frondes, sed illico folia lata psa ad fundum demittat laticis tenuitate.

Ultra hos desertæ, inhumaneque solitudines ad usq; Arabicos sinus. Deinde in ultimis Orientis, monstrose gentium facies: aliæ sine naribus & quazli totius oris planicie, informes habent uultus: alijs concreta ora sunt, modicoque tantum foramine calamis auenarum pastus hauriunt: nonnullæ linguis carent, in uicem sermonis utentes nutibus, mortibusque. Quædam ex istis nationibus, ante Ptoleæ mæum Lathyrum regem Aegypti, incognitum haueunt ignis usum.

Aethiopia ab oriente hyberno ad occidentem hybernus tenet. Quicquid eius est sub meridiano cardine lucis nitet, qui maximè uirent hyeme. A meridiana parte mons editus mari imminet;

Minet, ingenuo igne per æternum feruidus, & in
 quiete iugis flagrantibus, inter quæ incendia iugis
 estus. Draconū magna copia est. Porrò ueris Dra- **Dracones.**
 conibus ora parua, & ad morsus non dehiscens,
 sed arcta fistula, per quas & trahunt spiritus, &
 linguis exerunt. Quippe non in dentibus uim, sed
 in caudis habent, & uerbere potius quam rictu no-
 cent. Exciditur ex cerebris Draconum **Draconitis**
 tias lapis, sed lapis non est, nisi detrahatur uiuenti-
 bus. Nam si obeat prius serpens, cum anima simul
 evanescit duricies soluta. Vsu eius Orientis reges
 præcipue glorianter, quanquam nullum lenocini-
 um artis admittat soliditate & quicquid in eo no-
 bile est, non manus faciunt, nec alterius quam natis
 ræ candor sit, quo reluceat. Author Sotacus gem=
 mam hanc etiam sibi uisam scribit & quibus inter
 cipit ut modis, edocet. Præstantissimi audacia uiri
 explorant anguum foueas, & receptus, inde præ
 stolati ad pastum exeuntes, præteruectiq; percitis
 cursibus obijciunt grama medicata, quātum po-
 test ad incitandum soporem. Ita somno obsopitis,
 capitibus execant lapides, & de manubijs præcipi-
 tis ausi, prædam reuehunt temeritatis.

Quæ locorū Aethiopes tenent, seris plena sunt, **Bestiae Aethio-**
 è quibus quam Nabim uocant, nos Camelopardas
 lim dicimus, collo equis similem, pedibus Bubulis,
 capite

capite Camelino, nitore rutilo, candidis maculis sit
perspersa. Hoc animal Romæ Circensibus Dicta-
toris Cæsar is primum publicatum. Hisdem ferme

Cephos. temporibus illinc exhibita monstra sunt, Cephos
appellant, quorum posteriores pedes crure, & ue-
stigio humanos artus mentiuntur, perinde priores
hominum manus referunt, quæ tamè à nostris non
amplius, quam semel uisa sunt. Ante ludos Cnei
Pompeij Rhinocerota Romana spectacula nescie-
bant. Cui bestiæ color Buxeus, in naribus cornu na-
nicum, & repandum, quo d subinde attritum cat-
tibus in mucronem excitat, eoq; aduersus Elephan-
tos præliatur, par ipsis propè longitudine, breuitate
cruribus, naturali telo alium petens, quam solum
intelligit istibus suis peruiam. Iuxta Nigrim flu-
uum Catoblepa nascitur modica, atq; iners bestia,

Catoblepa. caput prægraue ægræ ferens, aspectu pestilenti. Nā
qui in oculos eius offenderint, protinus uita exci-
unt. Formicæ ibi ad formam canis maximi, arendæ

aureas pedibus erunt, quos leoninos habent, quæ
custodiunt, ne quis auferat, captantesq; ad necem

Lycaones. persequuntur. Eadem Aethiopia mittit Lycaonē.
Lupus est ceruice tubatus, & tot modis uarius, ut

Torandus. nullum illi colorem dicant abesse. Mittit & Tarandus,
boum magnitudine, bisulco uestigio, ramosis
cornibus, capite ceruimo, ursino colore, & paria-

ter nullo profundo. Hunc Tarandum affirmant hæbitum metu uertere, et cum delitescat, fieri assimilatum cuicunq; rei proximauerit, siue illa saxo albas sit, seu fruteto uirens, siue quam alia præferat qualitatem. Faciunt hoc idem in mari Polypi, in terra Chameleontes. Sed & Polypus, & Chameleons glabra sunt, et pronius est cutis leuitate speculimodo proximantia æmulari. In hoc nouum est, ac sit gulari hirsutiam pili colorum uices facere, hinc evanit, ut difficulter capi possit. Aethiopicis lupis proprium est, quod in saliendo ita nifus habent arietis, ut non magis proficiant cursu, quam meatu, homines tamen nunquam impetunt; bruma comatis sunt, estate nudi, Thoas uocant. *Hystrix quoq; Hystrix* inde loci frequentissima, erinacijs similis, spinis terribus hispida, quas plerumq; laxatas iaculatione emitit uoluntaria, ut assiduis aculeorum nimbis caues uulneret ingruentes. Illius cœli ales est Pegasus: Sed hæc ales equinum nihil preter aures habet. *Tragop a quoq; auis maior aquilis, cornibus* vrietis proferens armatum caput.

Aethiopes legunt Cinnamomum; id fructum sicut breui nascitur, ramo humili, & represso, non quam ulta duas ulnas altitudinis. Quod gracilis prouenit, eximium magis ducitur: quod in grossitudinem extuberatur, despectui est. Verum legitur

Cinnamomum

T per

per sacerdotes hostijs prius cæsis, quæ cum lata
uerint, obseruatur, ut messis nec ortum solis antici-
pet, nec egrediatur occasum. Quisquis principia-
tum tenet, sarmatiorum aceruos hasta diuidit, que
sacra ta est in hoc ministerium. Atq; ita portio ma-
nipulorū Soli dicatur, quæ si iuste diuisa est, sponte
incenditur.

Hyacinthus. Inter hæc, quæ diximus nitore cœruleo Hyacin-
thus inuenitur, lapis preciosus, siquidem in culpa-
bilis inueniatur, est enim uitijs non parcè obnoxius. Nam plerumq; aut uiolaceo diluitur, aut nubilo
obducitur, aut albicantius iusto aquaticum eli-
quescit. Optimus in illo tenor, si nec densiore fuc-
co sit obtusior, nec propensa perspicuitate deiecti-
or, sed ex utroq; temperamento lucis, & purpure
moderatum suauiter florem trahat. Hic est, qui sent
tit auras, & cum cœlo facit mutationem, nec æqua-
liter rutilat, cum aut nubilosus est, aut serenus di-
es. Præterea in os missus magis friget. Sculpturis
certè minimè accommodatus, ut qui attritum re-
spuat. Nec tamen penitus inuictus, nam Adamante
scribitur, & notatur. Vbi Hyacinthus, ibi &

Chrysolæpis. Chrysolampis appareat, quem lapidem lux coelata
prodit obscurum. Hæc enī est in illo diuersitas,
ut nocte ignitus sit, die pallidus. Ex ipso solo sumis-

Hæmatites. Hæmatites rubore sanguineo, ac propterea
Hæmatites uocatus.

MIRA DE INTIMIS GENTI
bus Libyæ, de lapide Hexeconta,
litho. Cap. XLIII.



Vod ab Atlante ad usq; Canopitanum ostium panditur, ubi Libya finis est. & Aegyptium limen datum à Canopo Menelai gubernatore ibi se puto. in ea insula, que ostium Nili facit, gentes tenent dissone, quæ in auiæ solitudinis secretum recesserunt. Ex his Atlantes ab humano ritu prorsus exultant: nulli proprium uocabulum, nulli speciale nomen. Diris Solis ortus excipiunt, diris occasus prosequuntur, usq; torrentis plage sydere, oderunt deum lucis. Affirmat eos somnia non uidere, & abstinere peccatus ab animalibus uniuersis, Troglodytæ spiculæ excavant, illis teguntur. Nullus ibi habendus amor, à diuinijs paupertate se abdicerunt uoluntaria. Tam tam lapide uno gloriatur, quem Hexecontalithon Hexeconta vocant, tam diuersis notis parsum, ut sexaginta lithon lapides gemmarum colores in parvo eius orbiculo deprehendantur. Isti carnibus uiuunt serpentum, ignis sermonis strident potius quam loquuntur. Alii vnde uero solos dicunt Inferos. Fœminas suas pri-

T. 2

mæ

mis noctibus nuptiarum adulterijs cogunt patere, mox ad perpetuam pudicitiam legibus stringunt seuerissimis. Gamphasantes abstinent praelijs, fugiunt commercia, nulli se externo miscere sinunt. Blemias, sed non eos, qui uicina rubro mari incolunt, credunt truncos nasci, parte qua caput est, ostium & oculos habere in pectore. Satyri de hominibus nihil aliud preferunt, quam figuram. Aegipanes hoc sunt, quod pingi uidemus. Himantopodes fluxis nisi bus crurum repunt potius, quam incidunt, & pergendi usum lapsu magis destinant, quam ingressu. Pharisi cum Herculi ad Hesperiadas pergenti forent comites, itineris tedium hic res fuderunt. Hactenus Libya.

D E A E G Y P T O . D E N I L I F L V
minis origine, augmento, ostijs. De
Apiboue. De Crocodilis, Trochilo-
aue, Scincis, Hippopotamis, Ibida-
ue. De miris Aegypti arboribus.

De Alexandria, de Pyrami-
dibus. Cap. XLV.



Egyptus à Meridie introrsus recel-
dit quoad prætendant Aethiopes.
A tergo inferiorem ejus partem Ni-
lus cir-

lus circumfluit, qui scissus à loco, cui Delta nomen Nili descriptio est, ad insulæ faciem spatiæ amplectitur interna, & incerto penè fonte decurrens proditur, ut loquuntur. Originem habet à monte inferioris Mauritania, qui Oceano propinquat. Hoc affirmant Punici libri, hoc Iubam regem accepimus tradidisse. Igé tur protinus lacum efficit, quem Nilidem dicunt. Nilum autem iam inde esse coniectant, quod hoc stagnum herbas, pisces bellugas nihilominus prebeat, quam in Nilo uidemus. Ac si quando Mauritania, unde ei origo est, aut niibus densioribus, aut imbris largioribus irrigatur, inde incrementa exudationis in Aegypto augeantur. Sed effusus hoc lacu arenis sorbetur, & cuniculis cœcis absconditur. Deinde in Cœsariensi specu prorum pens, amplior eadem indicia praestat, quæ in exortu notauimus: rursusq; subsidit, nec se prius redit, quam post interualla itineris extenti coningat Aethiopas. Vbi exit, Nigrum facit fluuium, quem suprà diximus terminum esse limitis Africani. Astatum eum inde gentes uocant, scilicet aquam teñbris profluentem. Multas, magnasq; ambit insulas, quarum pleræq; sunt tam diffusæ, & uastæ magnitudinis, ut uix eas dierum quinq; cursu pretermittat, quamvis cœcitus ibi feratur. Nobilissima ea rura est Meroe, circum quam diuisus dextro alueo

Astus apes, lævo Astabores nominantur. Tunc quoque emensus magna, longinquaque locacum primum occursantibus scopulis asperatur, tantis agminibus extollitur inter obiectarupium, ut ruere possit, quam manare credatur. Demumque à cataracto ultimo tutus estrita enim quædā claustra eius Aegyptij nuncupant. Relicto tamen hoc pone se nomine, quod Siris uocatur, mox inoffensus meat. Septem ostijs conditur in meridiem uersus, excipitur Aegyptio mari.

Ignari syderum, uel locorum uarias de excessi causa innumeribus eius causas dederunt. Alij affirmant Ethesias nondantis Nili, bium densitatem illo cogere, unde annis hic auspiciatur, ipsumque fontem superno humore sublatum, tantam inundationis habere substantiam, quantum pabuli ad liquorem nubila summistrauerint. Reunt alijs, quod uentorum flatibus repercussus, cum fluorem solitæ uelocitatis non queat promouere, aquis in arcto lucantibus intumescat, et quanquam impensis controversi spiritus repugnauerint, tanto excelsius sublimari in altitudinis uertices reperiuessam celeritatem, quando nec solitus extenuet cursus alueum, et stipato iam flumine uernis originalibus torrentum pondera superueriant. Ita concordia violentia hinc urgentis elementi, hinc resistentis, undis exulantibus molem colligi, quæ excessus faciat.

facit. Nonnulli affirmant fontem eius, qui Phiala
 vocatur syderum motibus excitari, extractumq; ra-
 diis carentibus coelesti igne suspendi, non tamen
 sine certa legis disciplina, hoc est, lunis coepitan-
 bus. Verum omnem excessus originem de sole fie-
 ri, primamq; exultantiam tumoris concipi, cum
 per Cancrum Sol uehatur. Postmodum triginta
 eius partibus euolutis, ubi ingressus Leonem or-
 tus Syrios excitauerit, propulso omni fluore tan-
 tam uim amnis erumpere. Quod tempus Sacerdo-
 tes natalem mundi indicarunt, id est, inter tertium
 decimum Calendas Augustas, & undecimum die.
 Deinde reuocari exitus uniuersos, cum in Virginē
 transeat, penitusq; intra suas ripas capere cum Li-
 bram sit ingressus. Hoc etiam addunt, pariter eum
 nocere, siue abundantius exestuet, siue parcius:
 quandoquidem exiguitas minimum fœunditatis
 apportet, propensior copia diurno humore cul-
 turam moretur. Maximos eius exitus cubitos duo
 deuiginti consurgere, iustissimos sexdecim tempe-
 rari. Nec in quindecim abesse prouentus fructua-
 rios, sed quicquid intra sit, famem facere. Dant illé
 etiam hoc maiestatis, ut portendat futura, argu-
 mentantes, quandoquidem Pharsalico bello non
 fuerit egressus quinq; ulnas. Nam illud palam est,
 quod salus ex annibus uniuersis nullas expiret au-

ras. Ditionis Aegyptiæ esse incipit à Syene, in qua
fines Aethiopum, & inde usq; dum mari intima-
tur, Nili nomen tenet.

Inter omnia, quæ Aegyptus habet digna memo-
Apis bos. ratu, præcipue bouem mirantur, Apim uocant.
Hunc ad instar colunt numinis, insignem notæ al-
bæ macula, quæ dextro eius lateri ingenita, cornis-
culantis Lunæ refert faciem. Statutum æui spatiū
est, quod ut assuit, profundo sacri fontis immersus
necatur, ne diem lōgius trahat, quam licebit. Mox
alter nec sine publico luctu requiritur, quem re-
pertum centum Antisates Memphis presequun-
tur, ut incipiat sacris ibi initatus, sacer fieri. Delia-
bra, quibus succedit aut incubat, mysticè thalamos
nominant. Dat omnia manifestantia de futuris. Il-
lud maximum, si de consulentium manu eibum ca-
piat. Deniq; auersatus Germanici Cæsar is dextræ
prodidit ingruentia, nec multò pòst Cæsar extin-
ctus est. Pueri Apim gregatim sequuntur, & re-
pentè uelut lymphatici uentura præcincti. Bos il-
li fœmina ostenditur in anno sc̄mel, & ipsa non
absq; certis insignibus, quæ atq; inuenta, & oblatæ
est, eadem die neci datur. Apis natalem Memphis
ci celebrant, iactu aureæ patheræ, quam proiec-
unt in Nili gurgitem. Hæc solennitas per dies see-
ptem agitur, quibus diebus cū sacerdotibus quas-
dam

dam Crocodili inducias habent, nec attractant la-
uentes. Verum octavo die ceremonijs īā peractis,
uelut redditā ſeuendi licentia, ſolitam resumunt
atrocitatem.

Crocodilus malum quadrupes in terra, & in Crocodile
flumine pariter ualeat, lingua non habet, maxil-
lam mouet ſuperiorem. Morsus eius horribili te-
nacitate conueniunt, ſlipante ſe dentium serie pe-
ſtinatim. Plerumq; ad uiginti ulnas magnitudinis
coalescit. Qualia auferes edit oua: metatur locum
nido, naturali prouidentia, nec foetus premit, quā
quō crescentis Nili aquæ non poſſunt peruenire.
In partu fouendo, mas & ſœmina uices ſeruant.
Præter hiatum oris, armatus eſt etiā unguium im-
manitate. Noctibus in aqua degit, per diem humi
acquiescit. Circumdatur maxima cutis firmitate,
in tantum, ut ičlus quoquis tormento adactos tergo
re repercutiat. Trochilos auis paruula eſt, ea dum
reduuias escarum affectat, os belluæ huiuscē pau-
latim scalpit, & ſenſim ſcalpuriq; blandiente
aditum ſibi in uſq; fauces facit. Quod Enhydrus
conſpicatus alterum Ichneumonum genus, pene-
rat belluam, populatisq; uitalibus eroſa exit aluo.

Est & Delphinum genus in Nilo, quorum dor^e Delphines
ſa ferratas habent criftas. Hi Delphines Crocodi- Niliaci.
los ſtudio eliciunt ad natandū, demersiq; aſtu frau-

T 3 dulento

lulento tenera uentrum subternatates secant, & interimunt. Præterea habitant in insula Nil homines forma per exuigi, sed audacia eo usq; prædicti, ut Crocodilis se offerant obuios: nam hæc monstra fugientes sequuntur, formidant resistentes. Ergo capiuntur, subactiq; etiam intra aquas suas scribunt, & perdomiti metu ita obsequuntur, ut immemores atrocitatis uictores suos inequitantes dorso uehant. Hanc ergo insulam, & hanc gætem ubicunq; indicio odoris præsenserint, procul fugiunt. In aqua obtusius uident, in terra acutissime. Hyeme nullum cibum capiunt, quinetiam quatuor menses à coepitu brumæ in media exigunt. Scinci quoque circa Nilum frequentissimi, Crocodilis quidem similes, sed modica forma, & angusta: uerum ad opem salutarem non qualibet necessarij. Medentes quippe ex ipsis pocula inficiunt, quibus ad stupore nervorum excitetur, & ueneni uis extinguitur.

Hippopota Hippopotamus in eodem flumine, ac solo natus. scitur, equino & dorso, & iuba, & himnu, rostro resupino, ungulis bifidis, aprinis dextibus, callosa tortuosa. Noctibus segetes depascitur, ad quas pergit auersus, astu doloso, ut fallente uestigio reuertenti nulli ei insidia præparentur. Idem cum diffunditur nimia facietate, arundines recens cæsas petita

Petit, per quas tam diu obuersatur, quo ad stirpium acuta pedes vulnerent, ut profluvio sanguinis levetur sagina. Flagane deinde cæno oblinit, usque dum uulnus conducatur in cicatricem. Hippopotamus, & Crocodilos primus Romanum M. Scaurus inuexit.

Circa easdem ripas ales Ibis. Ea serpentum populatur oua, gratissimamq; ex his escam nidis suis desert. Sic rare scunt prouentus foetuum noxoriū. Nec tamen aues iste tantum intra fines Aegyptios prosunt. Namq; cum Arabicæ paludes pennatorū anguium mittunt ex anima, quorum tam citum virus est, ut morsum ante mors, quam dolor insequatur. Sagacitate, qua ad hoc ualent aues excitatae, in proximatum eunt uniuersæ, & prius quam terminus proprios externum malum uaster, in aere occursant cateruis pestilentibus, ibi agmen deuorant uniuersum, quo merito sacrae sunt, & illæsæ. Ore pariunt. Nigras solum Pelusium mutuit, reli pars candidas.

De arboribus, quas sola fert Aegyptus, præcipua est Ficus Aegyptia, folijs more comparanda, poma non ramis tantum gestans, sed ex caudice, usque adeò foecunditatis sue augusta est, ut uno anno septics fructū sufficiat. Unde pomum decerpseris, alterum sine mora protuberat. Materia eius in aqua am-

aquam missa subsidit; deinde cum diu desiderit in
liquore, leuior facta sustollitur, et uersa uice, quod
natura in alio ligni genere non recipit, fit humore
sicca.

Palma. Palma quoque Aegyptia dicenda res est, proprietate
Adipos vocatur, ut dici oportuit, eaque gustata ars
acet sitim: odor eidem, qui & malis Cydonijs. Sed
demum sitim sedat, si prius quam maturuerit de-
cerpatur. Nam si matura sumatur, sensum interci-
pit, gressum præpedit, linguam retardat, obse-
sisque officijs mentis, & corporis imitatur uitium
ebrietatis.

Aegyptium limitem, quā ad Lacecaumenen ten-
dit, incolunt populi, qui momentum, quo reparari
mundum ad motus ferunt annuos, hoc studio de-
prehendunt. Eligitur sacer locus in quem compel-
lunt animalia diuersissimi generis, ea ubi ad statu-
tum modum cœlestis uertigo proiecta est, sensus
suos significationibus produnt, quibus possunt. A-
lia ululant, alia mugint, quædā stridunt, quædā
rugiunt, nonnulla simul configunt ad uolutabra.
Hoc argumentum illis est magisterium ad indicium
temporis deprehendendi. Ferunt ijdem populi à
primis sibi gentis sue annis traditum, ubi nunc occi-

Urbes Aegypti. casum est, quondam ibi ortum solis fuisse.

Urbes Aegypti. Inter Aegypticas urbes numero portarum Thebae no-

be nobiles, ad quas commertia Arabes undiq; gen-
tium subuehunt. Hinc regio Thebaica. Abydos, et
ipsa nobilis olim Memnonis regia, nunc Osyris fa-
no exculta. Alexandriam & operis ipsius magni-
tudo, & author Macedo nobilitant. Quam meta-
tus Dinocrates architectus, secundum post condi-
torem inter memorabilia locum sortitus est. Con-
dita autem Alexandria est duodecima centesimaq;
Olympiade, L. Papyrio Spurij filio, C. Pætilio Caſſi
filio, Consulibus Romanis, haud longe ab ostio Ni-
li fluminis, quod Heracleoticon alij, alij Canopi-
con appellant. Est & Pharos colonia à Cæſare Di-
ſtatore deducta, ex qua facibus accensis nocturna
dirigitur nauigatio. Nam Alexandria insidioso
accessu aditum fallacib. uadis, coeo mari, tribusq;
tantum canalibus admittit nauigantes, Tegamo,
Poisidonio, Tauro. Hinc igitur in portibus mar-
chinas ad prælucendi ministerium fabricatas Pha-
ros dicunt.

Pyramides turres sunt in Aegypto fastigiatae ul **pyramides**
tra excelsitatem omnem, quæ fieri manu possit. Ita
que mensuram umbrarum egressæ, nullas
habent umbras. Nunc ab Ae-
gypto prouehamus
stylum.

DE A

DE ARABIA, IN EA D
Thure, & myrrha. De Phœnice, ac
Cinnamolgo auibus. De Arabum
moribus. Deq; lapidum precio-
sorum generibus. Cap.

XLVI.



Litra Pelusiacum ostium Arabia est,
ad Nubrum pertingens mare, quod
Erythræum ab Erythra rege, Persei
& Andromedæ filio, non solum à co-
lore appellatum varro dicit, qui affirmat in littore
maris istius fontem esse, quem si oues biberint
mutent uellerum qualitatem, & antea candidas
amittant quod fuerint, usque ad haustum, ac fulvo
postmodum nigrescant colore. Rubri autem maris
Arsinoë oppidū. Verum hæc Arabia procedit ad-
usq; illam odoriferā, & diutinem terrā, quā Cataba-
nes, & Scenitæ tenent. Arabes nobiles monte Ca-
sio. Qui Scenitæ causam nominis inde ducunt, quod
tentorijs succedunt, nec alias domos habent. Ipsa
autem tentoria cilicima sunt, ita nuncupant uelar-
menta è caprarum pilis texta. Præterea carnibus
suillis prorsus abstinent. Sanè hoc animalis genus
Arabia felix. si inuestum illo fuerit, moritur illico. Hanc Arabiā
Greci

Græci δύστοι μόνοι, nostri Beatam nominarunt. Habitatur in colle manu facto inter flumen Tigrin, et flumen Euleum, quod ortum à Medis tā puro fluore inclivum est, in inde omnes reges non alias quam eius aquas bibant. Eudæmonem non frustra cognominatam hinc capessas, quod præter odores, quos creat plurimos, sola ihus mittit, nec tamen uniuersi. Nam in medio eius sunt Atramite pagus Sabæorum, à quo octo mansionibus regio Thurifera distinguitur. Arabia appellata est, id est sacra, hoc enim significari interpretantur. Virgulta hæc non sunt publica, sed (quo d inter barbaros nouum) ius posteriorum per successiones transeunt, familiarium. Ergo quicunq; dominatum istius tenent nemoris, Arabice sacri vocantur. Idem illi istos uel metunt, uel incident, non funeribus intersunt, non congreßionibus fœminarum polluuntur. Hanc arborem prius quam penitus fides proderetur, alij lentisco, alij mage Terebintho comparabant, usq; dum libris, quos Iuba rex scripsit ad Cæsarem Augusti filium, palam fieret, intorto eam esse uimine, ramis ad Aceris qualitatem, & mygdalæ modo sucum fundere, incidi ortu Canis, flagrantissimis soibus.

In ijsdem saltibus Myrrha prouenit, cuius radi Myrrhae ut uitium rastris proficiunt, ablaqueationibus

gau-

gaudent. Nudatae pinguori fluunt lachryma. Sponte manans preciosior ex ea sudor est: elicitus corticis uulnere, uilior iudicatur. Cortex in uertiginem flexus, & spinis hispidus, folium licet crassius olia uæ tamen simile. Maxima altitudine extollitur ad quinq; cubita proceritatis. Arabes farmentis eius ignes fouent, quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati Storacis occurrant, plerumq; insanabiles morbos contrahunt.

Phœnix aut.

Apud eosdem nascitur avis Phœnix, aquile magnitudine, capite honorato, in conum plumis extantibus, cristatis faucibus, circa colla fulgore aureo, postera parte purpureus, absq; cauda, in qua roseis pennis cœruleus interscribitur nitor. Probatum est quadraginta & quingentis eñ durare annis. Rogos suos struit Cinnamis, quos prope Panachaiam concinna in solis urbem strue altaribus superposita. Cum huius uita magni anni fieri conuersionem rata fides est inter authores, quamvis plurimi eorum magnum annum non quingentis & quadraginta, sed duodecim millibus, noningentis, quin quaginta quatuor annis constare dicant. Q. itaq; Plautio, Sex. Papinio C O N S. Aegyptum Phœnix inuolauit, captusq; anno octingentesimo urbis conditæ, iussu Claudi principis in Comitio publicatus est. Quod gestum preter Censuram, que manet, actis

Net, actis etiam urbis continetur. Cinnamulgus
perinde Arabæ & auis in excellentissimis lucis texit
ridos e fruticibus Cinnamorum, ad quos quoniam
non est peruenire propter ramorum altitudinem,
& fragilitatem, acco & illas congeries plumbatis
petunt iaculis, delectasq; precijs uendunt amplio-
ribus, quod hoc Cinnamum magis, quam aliua mer-
catores probent.

Arabes longè, lateq; diffusi, diuersis moribus ui Arabum mores
hant, & culibus. Plurimis crinis intonsus, mitrata
capita, re linitu pari, pars rasa in cutem barbae.
Comercijs student, aliena non emunt, uendunt suæ
quippe & yluis, & mari diuines. Umbræ, que no-
bis dextræ, sunt illis sinistre. Pars eorum, quibus
asper est uictus, angues edunt, nulla illis animi, uel
corporis cura, ac propterea ophiophi yoi nomi-
natur.

Ex istius littori, sinu Polycrati regi aduecta Sar Gemma &
donyx gemma, prima in orbe nostro luxuriae excrucitie:
tauit facem. Nec multum de ea differendum puto,
deo Sardonyx in omnium uenit notitiam. Super- Sardonyxes
ficies eius probatur, si merarius rubeat & arguitur,
si fuerit fœculentior, medietas circuitur limite can-
didante. Optima est, si nec colorem suum spargat
in proximum, nec ipse ex altero mutuetur, reliquis
nigro finiuntur. Quod si transluceat uitio ueritatis,

V.

Si pere.

Si perspicuitatem arceat, proficit ad decorum. Et
Mōlochites. Molochitem Arabs inuenit, uirentem crassius quam
 Smaragdus contra infantum pericula ingenita ui-
Iris. resistentem. Inuenit et iridem in mari Ruto sicut
Crystallus. Crystallum sexangulatum, quæ radijs icta solis, rru-
 tilo aëris repercussu cœlestis arcus ex se iacit spe-
Androda. ciem. Androdam antem ijdem legunt Arabes, nito-
 mos. Iris argentei, lateribus æqualiter quadris, quem de
 Adamante nonnihil mutuatum putas. Datum il-
 li nomen ex eo censem, quod animorum calētum
Pæderotes, mollit impetus, tumentes refrenat iras. Pæderotens
 seu **Opalius.** etiam Arabicum inde sumimus. Arabica aspectu
 eburnea est, radi abnuit, contra neruorum molesti-
 as prodest habentibus. In Pæderote congruit quic-
 quid eximum est, quadam decoris prærogatiud.
 Crystallinum lucet, rubet purpuram, in oraru exi-
 mis corona crocea uelut è liquido renitente. Hac
 sauitate oculos afficit, uisum illicit, detinet intuella-
 tes, hac etiam gratia indis placet. Hoc
 Arabiæ sat est, hinc Pleustum
 repatriemus.

D

DECASIO MONTE. DE POM
peñ Magni sepulchro. Deloppe
oppido. Cap. XLVII.

A Pelusio Casius mons est, et delubrum Iouis Casij, atq; ita Ostracinae, locus Pompeij Magni sepulchro inclytus. idum ea inde incipit palmis opima, deinde Ioppe oppidum antiquissimum orbe toto, utpote ante inundationem terrarum conditum id Ioppe oppidum saxum ostentat, quod uinculorum Andromedae uestigia adhuc retinet, quam expositam belluæ non irritus rumor circumtulit. Quippe ossa monstri illius M. Scaurus inter alia miracula aedilitate sua Romæ publicauit. Annalibus nota res est. Mensuræ quoq; ueracibus libris continentur, scilicet quod costarum longitudo excesserit pedes quadraginta, excelsitas Elephantis fuerit indicis eminentior. Porro uerticuli spinæ ipsius latitudinem semipedem sunt supergressi.

DE IUDAEA, IN EA DE FLUVIIS
minibus, & lacubus. De Balsamo. De
Sodomo, & Gomorro. De Essæ-
nis gentibus. Cap. XLVIII.

Iudæa illustris est aquis, sed natura non eadem aquarum omnium. Jordanis amnis eximiae sua

uitatis Peneade fonte demissus, regiones praterfluit amoenissimas, mox in Asphaltiten lacum mersus, Mare morstagno corrumpitur. Qui Asphaltites gignit bitumen, animal non habet, nihil in eo immergi potest: tauri etiam Cameliq; impunè ibi fluitant. Est lacus Genesara, extensus passum sexdecim milibus, circum septus urbibus plurimis, et celebribus ipse par optimis. Sed lacus Tiberiadis his omnibus anteponitur, salubris ingenio æstu, et ad sanitatem usu efficaci. Iudeæ caput fuit Hierosolyma, sed exercita est. Successit Hiericus, et hæc desunt caput esse, Artaxerxis bello subacta. Callirhoe, Hierosolymis proximus fons, calore medico probatissimus, et ex ipso aquarum praæconio sic uocatus est.

Balsamum.

In hac terra tantum Balsamum nascitur, que sylua intra terminos uiginti iugerum usq; ad uitriam nostram fuit. At cum Iudea potiti sumus, ita luci illi propagati sunt, ut iam nobis latissimi colles sudent Balsama. Similes uiribus stirpes habent, maleolis digeruntur, rastris nitescunt, aquis gaudent, amant amputari, tenacibus folijs sempiternò umbrantur. Lignum caudicis atrectatum ferro, sine mora moritur; eapropter aut uitro, aut cultellis osseis, sed in solo cortice, artifici plaga uulneratur, ex qua eximiæ suavitatis gutta manat. Post lanthrymam secundum in precijs locum poma obtinentur.

nent, cortex tertium, ultimus honoros ligno.

Lōgo ab Hierosolymis recessu, tristis sinus pan Sodoma atq;
datur, quem de cœlo tactum testatur humus nigra, Gomorrha.
Et in cinerem soluta. Duo ibi oppida, Sodomum
nominatum alterū, alterū Gomorrum. Apud quæ
pomum gignitur, quod habeat speciem licet matu-
ritatis, mandi tamen nō potest. Nam fuliginem in=
trinsecus fauillaceam ambitio tanum extimæ cu-
tis cohibet, quæ uel leuitatu pressa, fumum exha-
lat, Et fatiscit in uagum puluerem.

Interiora Iudeæ quæ occidentem contuentur,
Esseni tenent, qui prædicti memorabili disciplina Esseni.
recesserunt à ritu gentium uniuersarum, maiesta=
tis (ut reor) prouidentia ad hunc morem destinati.
Nullæ ibi foeminae, uenere se penitus abdicarunt,
pecuniam nesciunt, palmis uictitant. Nemo ibi na=
scitur, nec tamen deficit hominum multitudo. Lo=
cus ipse addictus pudicitiae est. Ad quem plurimi li=
cet undiq; gentium properent, nullus admittitur,
nisi quem castitatis fides, Et innocentiae meritum
prosequatur. Nā qui reus est uel leuis culpe, quā=
uis summa ope adipisci ingressum uelit, diuinitus
summonetur. Ita per immensum spaciū sæculorum
(incredibile dictu) æterna gens est cessantibus pu=
erperijs. Engadi oppidum infra Essenos fuit, sed
excisum est. Verum in clytis nemoribus adhuc du=

rat decus : lucisq; palmarum eminentissimis, nihil
uel æuo, uel bello derogatū. Iudææ terminus Ma-
sada castellum.

DE SCYTHOPOLI OPPIDO,
& monte Casio. Cap. XLIX.



Ranseo Damascum, Philadelphiā
Rhaphanān. Scythopolis primos
incolas, & authorem dabo. Liber
pater cum humo nutricē tradidis-
set, condidit hoc oppidum, ut sepulturæ titulum e-
tiam urbis mœnibus ampliaret, incolæ deerant, ē
comitibus suis Scythes delegit, quos ut animi fir-
maret ad promptam resistendi, uiolentiam, præmi-
um loci nomen dedit.

In Seleucia alter Casius mons est Antiochiae pro-
ximus, cuius ē uertice uigilia adhuc quarta conspi-
citur globus solis, & breui corporis circumactu
radijs caliginem dissipantibus, illinc nox, hinc di-
es cernitur. Talis ē Casio specula est, ut lu-
cem prius uideas, quam au-
spicetur dies.

DE EVA

DE EUPHRATE, ET TIGRI
de fluminibus, deq; uarijs gem-
marum generibus. Cap. L.



Vphraten maior fundit Armenia, oras supra Zimaram sub radicib. monis, quem Capoten accolae nominant, scythis proximum. Hic receptis inse ali quo amnibus conualescit, & stipatus conuenis aquis, luctatur cum Tauri montis obiectu, quē apud Eligeam scindit, resistat licet duodecim milibus passuum latitudine, iōgisq; excursibus dextra Comagenem, Arabiā lœua relinquit. Deinde p̄terlabens plurimas gentes, Babyloniam, quondam Chaldeorum caput, diuidit. Mesopotamiam operat annuae inundationis excessibus, ad instar egyptij amnis, terris superfusis, inuenta soli fœcunditate, ijsdem sermè temporibus, quibus Nilus exit, sole scilicet in parte Cancri uicesima constituto. Tenuatur cum iam Leone decurso ad extima Virginis curricula facit transitum, Quod Gnomonici simi b̄is parallelis accidere contendant, quo pars et coeli, & terrarum positione, & qualitas normalis efficit lineas. Vnde apparet ista duo flumina ad modulum eiusdem perpendiculi constituta, licet è diversis manet pl. iōgis, easdē incrementū causas habere.

V 4 De Ti-

Tigris fl. De Tigride quoq; hoc loco dicere par est. ⁱⁿ Armeniæ majoris regione caput tollit mire quam lucido conspicuoq; fonte, in loco edito, qui elongosine nominatur. Nec tamen ab exordio statim totus est. Primum pigrè fluit, nec cum suo nomine at cum fines Medorum inuenitus est, Tigris statim dicitur, ita enim Medi nominant sagittam. influit in Arethusam lacum omnia pondera sustinentem, cuius pisces nunquam se alueo Tigridis immiscet, sicut nec amnici pisces in stagnum transeunt Arethusæ, per quem dissimilis colore, et uolueri meat cursu. Mox Tauro resistente in profundum specum mergitur, quem subterlabens, in altero eius latere apud Zoroandam emicat, uluas. Et purgamenta plurima secum trahens. Deinde identidem absconditur, rursusq; redditur. Adiabenos, Arabasq; proterfluit. Mesopotamiam amplectuunt, amnem nobilissimum boaspen accipit, Euphraten desert in finum Persicum.

Quacunq; Euphratem bibunt gentes, diuerso
Preciosi lapi- nient lapide. Zmilaces in ipso Euphratis alueo le-
das ad Eu- gitur, gemma ad imaginem marmoris Proconnesi,
phratis tra- nisi quod in medio umbilico lapidis istius, glau-
etum. cum uelut oculi pupula internitet. Sagda à Chal-
 dæis ad nos usq; profluxit, haud facilis repertu, ni-
 cut perhibent ipsa capessendam se daret. Namq;
 ingenitus

ingenita spiritus efficacia supermeantes naues ē
Profundo petit, & carinis ita tenaciter ad corpora
tur, ut nisi abrāsa parte ligni a grē si paretur. Ed
Sagda apud Chaldaeos propter effectus. quos ex
ea scīunt, habetur loco principe, ceteris propter
gratiam magis cōplacet iucundissimē uirens. Myr
rhites Parthis familiaris est: hunc si uisu æstimes,
Myrrhæ color est, & non habet quod officiat aspe
ctum. Si penitus explores, & attritu incites ad co
lorem, spirat Nardi suavitatem. In Perside lapidū
tanta copia est, tantaq; diuersitas, ut longum penē
sit ipsis uocabulis immorari. Mitridax sole percus
sa, coloribus micat uarijs. Tæcolithos nucleo oliuæ
similis spernitur, cum uidetur, sed remedijs bonus
uincit aliorum pulchritudinem. Solutus quippe
& haustus, pulsis calculis renum dolores, ac uesti
ce leuat. Ammochryfos arenis auro intermixtis,
nunc bractearum, nunc pulueris habet quadrulas.
Aetices & fulues est, & tereti positione, alterum
lapidem intrinsecus cohibens, cuius crepitus sono
rus est, cum mouetur, quamlibet tinnitum illum nō
internum scrupulum facere, sed spiritum, scientissi
mi dicant. Hunc Aetium Zoroastres præfert omni
bus, maximamq; illi tribuit potestatem. Inuenitur
autem in nidis aquilæ, aut in littoribus Oceani, in
Perside tamen plurimus. Subnexus spem uteri des

V S fendiſ

fendit à fluxibus abortiuis. Pyrrhues fulvus est, teneriq; se uehementius non sinit, ac si quando artio re manus premitur, digitos adurit. Chalazias gran dinis & candorem præfert, & figuram, duritiara bustissima & inuicta. Echites uipereas habet maculas. Dionysias fuscus est, rubentibus notis sparsus. Idem si aquæ mixtus conteratur uinū flagrat, & quod in illo ordine mirificum est, ebrietati resistit. Glossopetra deficientibus lunis cœlo cadit. Linguæ similis humanæ, non modicæ (ut Magi serunt) potestatis, qui ex ea lunares motus excitari putant. Solis gemma percandida est ad specie fulgendi syderis, rutilosq; ex se iacit radios. Veneris crinis nitet nigro, internis ductibus ostentans ruforum crinium similitudinem. Selenite translucet fulgore candido, melleoq;, continens lunæ imaginem, quem iuxta cursum astri ipsius perhibent diebus singulis uel minui, uel augeri. Meconites paupera exprimit. Myrmecites reptantis formicæ effigie notatur. Calcophthongos resonat ut pulsata æra. Pudicè habitus seruat uocis claritatem. Sideriæ à contemplatione ferri nihil dissonat, uerū maleficus quoquò inferatur discordias excitat Phlogites ostentat intra se qua flamas æstuentes. Anthracias coruscat uelut scintillancibus stellis. Endros exudat, ut clausam in eo putas fontaneā scauriginem.

DE CL^{IC}

DE CILICIA, ET ANTR O

Coricyo, deçq monte Tauro.

Cap. LI.



Ciliciam, de qua igitur, si ut nunc est,
loquamur, derogasse uidebimur si-
dei uetus statis: si terminos sequimur,
quos habuit olim, abs nonum est à con-
templatione rerum præsentium. Ergo inter utrāq;
culpam, factu optimum est, amborum temporum
statum persequi. Cilicia antea usq; ad Pelusium
Aegypti perinebat, Lydij, Medis, Armenijs, Pam-
phylia, Cappadocia sub imperio Cilicum constitu-
tis. Mox ab Assyrijs subacta, in breuiorem modū
scripta est. Plurima iacet campo, si nū lato recipiēs
Ibi um mare, à tergo montium Tauri, & Amanī
luges clausa. A Cilice nomen trahit, quem ætas præ-
stina penè u'tra æuum memoriae abscondit. Hunc
auunt Phœnices ortū, qui antiquior Ioue de primis
terrae alumnis habetur. Matrē urbium habet Tar-
son, quam Danaes proles nobilissima Perseus lo-
cauit. Hanc urbem intersecat Cydnus amnis. Hunc
Cydnus, alijs præcipitari Tauuo, alijs deriuari ex Cydnus flu-
alueo Choaspis tradiderūt. Qui Choaspes ita dul-
cis est, ut Persici reges quamdiu intra ripas Persi-
dis fluit, soli sibi ex eo pocula uendicarint, & cum
eundum


eundam foret peregre, aquas eius secum uectitell. Ex illo igitur parente Cydnus mirā trahit suauitatem. Quicquid candidum est, Cydnum gentili lingua Syri dicunt, unde amni huic nomen datū. Tum & uere cum niues soluuntur, reliqua parte anni tenuis est, & quietus. Circa Corycum Ciliciæ crocum plurimum, optimumq; det licet Sicilia, det Cyrena, det & Lycia, hoc primum est. Spirat flagrallius, colore plus aureo est, succi ope citius proficit ad medelam. Ibi Corycus oppidum est, & specus, qui montem impositum mari à summo cauat uertice, patulus hiatu amplissimo. Nam deiectis lateribus in terræ profundum, nemoroſo orbe amplectitur medium inanitatem, uirent introrsus lucis pendentibus. Descensus in eum per duo millia & quin gentos passus non sine largo die, hinc inde fontiū assidua scaturigine. Vbi peruentum ad ima primi ſinus, alter rurſum ſpecus panditur. Quod antrum latitum primum patet fauibus, postmodum in processu per angustias obscuratur. In eo ſacrum eſt iugis fanum, in cuius recessu intimo Typhonis Gigantis cubile pofitum accolē credunt.

Soloē antiquū oppidū Ciliciæ fuit, patria Chrysippi, Stoicæ ſapientiæ potentiissimi, quod à Tigra- ne Armenio subactū, & diu post Pompeiopolim, deuictis Cilicibus, Cneus Magnus cognominauit. Mons

Mons Taurus ab Indico primū mari surgit, deinde à scapulis Chelidonijis inter Aegyptū & Panphylium pelagus obiectus, septentrioni dextero latere, lēuo meridianæ plagæ, occidenti obuersus fronte profusa. Palam est terras eū continuare uoluisse penetrato mari nisi profundis resistēibus extenderer radices suas uelaretur. Deniq; qui ratiocinantur naturas locorum, tantasse eū omnes exitus promontorij probant. Nam quo quo uersum mare alluitur, procedit in prominētias, sed modò intercluditur i hœnicio, modò Pontico sinu, interdum Caspīo uel Hyrcano, quibus renitentibus subinde fractus cōtra Mæoticum lacum flectitur, multisq; difficultatibus fatigatus, Rhiphæis se iugis annexat. Pro gentium, ac linguarum uarietate plurifam nominatus. Apud indos imaus, mox Paropænisis, Cobatras apud Paribos, pōst Niphates, inde Taurus, at ubi in excellentissimam consurgit sublimitatem, Caucasus. Interea etiam à populis appellationem trahit. A' dextro latere Caspius dicitur, uel Hircanus, à lēuo Amazonicus, Moschicus, Scythicus. Ad hæc uocabula habet alia multa. Vbi debiscit hiulcis iugis, facit portas, quarū primæ sunt Armeniæ, tum Caspiiæ, pōst Cilicie. In Græciā uerticem exerit, ubi Ceraunius predicatur. A' Cilicie finibus Asiaticum limitem despicit. Quantus meritaient

uidet sole in aestuat: Quicquid septentrioni oppositū est, uero iuditur, & prima. Quod sylvestre est, efferatur plurimis bestijs, et Leonib. immanissimis

DE LYCIA, ET CHIMERA AE
monstri fabula. Cap. LII.



Vod in Campania vesuvius, in Sicilia Aetna, hoc in Lycia mons Chimaera. Hic mons nocturnis aestibus fumidū exhalat. Vnde fabula triforis mostri in uulgum data est, quod Chimera animal putauerunt. Et quoniā natura ibidē subest ignea, Vulcano urbē proximā Lycij dicarunt, q̄ de uocabulo sui nominis Hephaestū uocant. Olympus quoq; inter alia ibi oppidum fuit nobile, sed intercidit, nunc castellum est, infra quod aquæ regiae ob insigne fluoris, spectaculo sunt uisentibus.

DE ASIA MINORI. DE EPHESI
sīx Dianæ tēplo. De Alex. Magni et
tu. De inclytis Asiae scriptoribus. De
Phrygia. De Bonaso quadrupede.
De Homeri, & Hesiodi temporibus.
De Mēnonijs auibus. De Chamæle-
onte fera. De Ciconijs. De q̄ Gatalarum origine. Cap. LIII.

Sequitur Asia, sed nō eam Asiam loquor, quæ
in tertio

In tertio orbis diuortio terminos amnes habet, ab Aegyptio mari Nilum à mæotico lacu Tanaim: ue-
rum eam, quæ à Telmessso Lyciae incipit, unde etiā
Carpathius auspicatur sinus. Nam igitur Asiam ab
orientे Lycia includit, & Ilyria, ab occidente
Aegæa littora, à meridie mare Aegyptiū, Paphlae-
gonia à septentrione. Ephesus in ea urbs clarissima
est. Epheso decus templum Dianæ, Amazonum fa- Ephesinum
brica adeo magnificentum, ut Xerxes cum omnia A-
templum.
flaticea templo igni daret, huic uni pepercerit. Sed
hæc Xerxis clementia sa- ras edes non diu à malo
vindicauit. Namq; Herostratus, ut nomen memo-
ria sceleris extenderet, incendium nobilis fabricæ
manu sua struxit, sicut ipse fassus est, uoto adipiscere
de fame latioris. Notatur ergo eadem die consta-
grauisse templum Ephesi, qua Alexander Magnus
Bellæ natus est, qui oritur, ut Nepos edit, M. Fabio
Ambusto, Tito Quintio Capitolino C O N S. post
Romam conditā, anno CCC LXXXV. Id tem-
plum cum postmodum ad cultum angustiorem E-
phesij reformarent, faber operi Dinocrates præfuit,
quem Dinocratem Alexandri iussu Alexandri-
am in Aegypto metatum super exposuimus. Nu-
quam orbe toto tam assiduos terræ motus, & tan-
crebras urbiū demersiones, quam in Asia esse, cla-
dibus Asiaticis patuit, cum Tiberto principe ure-
bes

bes duodecim simul una ruina ceciderint.

Ingenia Asiatica inclita per gentes fuere. Poëtae illustres eru- tæ Anacreon, inde Mimus, & Antimachus, ditione uiri. deinde Hippoanax, deinde Alceus, inter quos etiam Sappho mulier. At historiæ conditores Xanthus, Aca'hæus Herodotus, cum quibus Ephorus, & Theopompus. Nam de septem sapientia præditis Bias, Thales, Pittacus, Cleantes Stoicæ eminentissi- mus, Anaxagoras naturæ indicator. Heraclitus etiam subtilioris doctrinæ arcanis immoratus.

Phrygia. Asiam excipit Phrygia, in qua Celenæ, que antequato priori nomine in Apameam transiere, opidum, à rege Seleuco postmodum constitutum, iste Marsyas ortus, istuc & sepultus, unde qui proximatius fluvius Marsyas dicitur. Nam sacrilegi certaminis factum, & audaces in Deum ubias, t. statim non procul cum fonte uallis, que euentum gestare rei signat, & ab Apamea decem millibus passuum separata, Aulocrene usq; adhuc dicitur. Ex arce huiusc oppidi Meander amnis caput tollit, qui re currentib. ripis flexuosis inter Cariam, & Ioniâ præcipitatur in sinu, qui Milesiâ diuidit, et Prienâ.

Troas regio. ipsa Phrygia Troadi superiecta est, aquilonia parte Galatiæ collimitata, à meridiana Lycœ, Pysidiae, Mygdoniæq; conterminata. Eadem ab Oriente uicina Lydiæ, à Septentrione Mysiae, Cariae, à parte

parte qua dies medius est, mons Lydiæ Tmolus
croco florentissimus. Amnis Pactolus, quem aura
to fluore incitum, aliter χρυσόποτη vocant, In his
locis animal nascitur, quod Bonasum dicunt, cui Bonasum
Taurinum caput, ac deinceps corpus omne, tatum fera.
iuba equina, cornua autem ita multiplici flexu in
se recurrentia, ut si quis in ea offendat non uulnere
retur. Sed quicquid præsidij monstro illi frons ne-
get, aliud sufficit. Nam cum in fugam ueritur, pro
luuie citi uentris simu egerit per longitudinem tri-
um iugorum, cuius ardor quicquid attigerit adua-
rit, ita egregie noxia summoet in sequentes.

Miletos Ioniæ caput, Cadmi olim domus, sed ei-
us qui primus inuenit præsæ orationis disciplinam.
Non longè Epheso Colophon ciuitas, nobilis ora-
culo Clarij Apollinis. Vnde haud procul Minas
mons surgit, cuius uertices de nubibus superuolan-
tibus futura tempestatis significant qualitatem. Ce-
put Maonie Sipylus excipit, Tantalis antea di-
ctus, & in illam uocabuli memoriam orbitatibus
datus Niobe. Smyrnam Melas circumfluit, inter flu-
mina Asiatica facile præcipuus amnis. Smyrnæos
uerò campos fluuius Hermus secat, ortus Dorylae
Phrygiæ, Phrygiam scindit à Caria. Hunc quoque
Hermum fluctibus aureis æstuasse antiquitas cre-
dit. Smyrna, unde præcipue nitet, Homero uali-

X patrio

Homeri patria extitit, qui post Ilium captum anno ducentesimo obiit. tesimio septuagesimo secundo humanis rebus excessus est, agrippa Sylvio Tyberini filio, albae regnante, anno ante urbem conditam, ceterimo sexagesimo. Inter quem, & Hesiodum poetam, qui in auspiciis Olympiadis primae obiit, centum triginta octo anni interfuerunt. in rhetore littore Atheniensis, & Mitylenae ad tumulum ducis Thessali Achilleon oppidum considerunt, quod propemodum interiit. Deinde interpositis quadraginta fermè stadiis in altero cornu eiusdem littoris, ob honorem Salamini aciacis, alterum oppidum, cui Aeantio datum nomen, Rhodij extruxerunt. At iuxta Ilium Memnonis stat sepulchrum, ad quod sempiternò ex Aethiopia cateruatim aues aduolant, quas Ilienses Memnonias vocant. Cremutius author est, has esse asdem anno quinto in Aethiopia cateruatim coire, & undique uersum quo usquam gentium sint, ad regiam Memnonis conuenire.

Mediterranea quæ sunt supra Troadis partem, Teutrania tenet regio, quæ primo Myorum fuit patria. Perfunditur Teutrania Caico flumine. Per Chamaeleon omnem Asiam Chamaeleon plurimus, animal quadrupes, facie qua lacertæ, nisi crura recta, & longiora ventri iungerentur, prolixa cauda, eademq; in uertiginem torta, hamati ungues, subtili aditione citatae.

citate, incessus piger, & serè idem qui testudinum motus, corpus asperum, cutem qualem in Crocodilis deprehendimus, subducti oculi, & recessu cavao introrsum recepti, quos nunquam nictatione obnubit. Visum deniq; non circumlatis pupillis, sed obtutu rigidi orbis intentat. Hiatus eius æternus, ac sine ullius usus ministerio, quippe cum neque cibum capiat, neque potu alatur, nec alimento alio, quam haustu aëris uiuat. Color uarius, & in momento mutabilis, ita ut cuiuscumq; rei se continuixerit, color ei fiat. Colores duo sunt, quos fingere non ualeat, rubrus, & candidus, cæteros facile mentitur. Corpus penè sine carne, uitalia sine liene, nec nisi in corculo pauxillum sanguinis deprehēditur. Latet hyeme, producitur uere. Impetibilis est coraci, à quo cum imperfectus est, uictorem suum perimit interemptus. Nam si uel modicum ales ex eo ederit, silico moritur. Sed Corax habet præsidium ad mēdelam natura manū porrigente: nam cum afflictū se intelligit, sumpta fronde laurea recuperat sanitatem.

Pythonis come est in Asia locus in campis partentibus, ubi primo aduentus sui tempore Ciconie. Locus quo adsolant, & eam quæ ultima aduenerit, laniat uni Ciconie cœversæ. Aues istas ferunt linguas non habere, uerū uolant sonum quo crepitant oris potius, quam uocis esse. Eximia illis inest pietas. Etenim quantum tempo-

ris impenderint foetibus educandis, tantum & ipsæ à pullis suis in uicem aluntur. Ita enim impensis nidos fouent, ut incubitus assiduitate plumas exulant. Noceri eis, omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia uel maximè, ubi serpentum immensis copia est, quos dum escandi gratia insectantur regionibus Thessalicis plurimum mali detrahunt. Galatiam primis saeculis priscae Gallorum gentes occupauerunt. Tolistobogi, & Voturi, & Ambiatii, quæ uocabula adhuc permanent, quamvis Galatia unde dicta sit, ipso sonat nomine.

D E B I T H Y N I A , E T H Y L A B
raptu, deq; Hannibal's exitu, ac
sepulchro. Cap. LIII.



Ithynia in ponti exordio ad partem solis orientis, aduersa Thracie, opulenta, ac diues urbium, à fontibus Sangarij fluminis primos fines habet, ante Bebrycia dicta, deinde Mygdonia, mox à Bubyno rege Bithynia. In ea Prusiadem urbens prætermeat Hylas flumen, & alluit Hylas lacus, in quo resedisse credunt delicias Herculis Hylam puerum, Nymphis rapinam, in cuius memoriam usq; adhuc solenni cursitatione lacum populus circuit, & Hys

¶ Hylan uoce clamant. In Bithynio quoq; agro
Libyssa locus Nicomediae, proximus sepulchro
Hannibalis, famæ datus, qui post Carthaginense Hannibalis
iudicium transfuga ad regem Antiochum, deinde interitus.
post Antiochi apud Thermopylas pugnam tā ma-
lam, fractumq; regem fortunē uicibus in hospiti-
um Prusiæ deuolutus, ne tra deretur Tito Quin-
tio ob hāc causam in Bithyniam misso, captiuus q;
Romam ueniret, ueneni mali poculo animam ex-
pulit, & à Romanis se uinculis morte defendit.

DE ORA PONTICA.
Cap. LV.



Nora Pontica post Bosphorifauces, & Rhesum amnem, portumq; Calpas, Sangaris fluuius ortus in Phrygia, dictusq; à plærisq; sanguis, exordium facit Mauriandini sinus, in quo opidum Heraclea appositum Lyco flumini, & Acone portus, qui prouentu malorum graminum usq; è celebris est, ut noxias herbas Aconita illinc nominemus. Proximus inde Acherusius specus, quem foraminis cœci profundo adusq; inferna aiunt patere.

DE PAPHLAGONIA, ET VEN
netorum origine. Cap. LVI.

Aphlagoniam limes à tergo Galatius amplectitur. Ea Paphlagonia Carambi promontorio sp̄at Tauricam, consurgit cytōro mente per recto in sp̄acium trium ex sexaginta millium, in signis loco Heneto, à quo (ut Cornelius Nepos per tibet) Paphlagones in Italiam transuesti, mox veneti sunt nominati. Plurimas in ea regione urbes Milesij considerunt. Eupatoriam Mithridates, quæ subacta à Pompeio, Pompeiopolis est dicta.

DE CAPPADOCIA, ET VEN
quorum natura.

Cap. LVII.



Appadocia gentium uniuersarum, quæ Pontum accolunt, præcipue introrsus recedit. Latere laeo utrasq; Armenias, & Comagenē simul trans sit, dextro plurimis Asie populis circumfusa, attollitur ad Tauri iuga, & solis ortus, præterit Lycaoniam, Pisidiam, Ciciliam. Vadit super tractum Syri

Nā Antiochiæ, parte regionis alterius in Scythia
pertendens, ab Armenia maiore diuisa Euphrate
amne. Quæ Armenia, unde Pariedri montes sunt,
auspicatur.

Multæ in Cappadocia urbes inslytæ, uerūm ut vrbes nobis
ab alijs referamus pedem, coloniam Archelaidem, liores.
Quam deduxit Claudio Cæsar, Halys præterfluit.
Neocæsaream fluuius Lycus alluit. Melitam semi
ramis condidit. Mazacam sub Argæo sitam, Cap-
padoces matrem urbium numerant, qui Argæus
nivalibus iugis arduus, ne æstiuo quidem torrente
pruiniis caret, quemq; indigenæ populi habitari
Deo credunt. Terra illa ante alias altrix equorum
O prouentui equino accommodatissima est. Quo
rum hoc in loco ingenium reor persequendum. Nā Equorum
equis inesse iudicium documentis plurimis patefa- naturæ.
ctum est, cum iam aliquot inuenti sunt, qui non ni-
si primos dominos recognoscerent obliuii mansue-
tudinis, siquando mutassent consueta seruitia. In-
imicos partis suæ norunt, adeò, ut inter prælia ho-
stes morsu petant. Sed illud maius est, quod rectori
bus perditis, quos diligebant, accersunt fame mor-
tem. Verūm hi mores in genere equorum præstan-
tiissimo reperiuntur, nam qui in frā nobilitatē sunt
fati, nulla documenta sui præbuerunt.

Sed nequid uideamur dicendi licentia contra fi-

X 4 dem

Generosoru dem arrogasse, exemplum frequens dabimus. Ale-
 equorum xandri Magni equus Bucephalus dictus siue de a-
 exempla. Specie toruitate, seu ab insigni, quod taurinum ca-
 put harmo inustum gerebat, uel quod de fronte e-
 ius quædam extantium corniculorum minæ pro-
 tuberabant. Cum ab equario suo alias etiam molli-
 ter sederetur, accepto regio stratu neminem unquam
 alium præter dominum uehere dignatus est. Doch-
 menta eius in prælio plura sunt, quibus Alexan-
 drum è durissimis certaminibus sospitem ope sus-
 extulit. Quo merito effectum, ut defuncto in India
 exequias rex duceret, & supremis sepulchrum da-
 ret. Urbem etiam conderet, quar: in nominis me-
 moriam Bucephalam nominauit. Equus C. Cæsaris
 nullum præter Cæsarē dorso recepit, cuius primos
 res pedes facie uestigij humani tradunt fuisse, sicut
 ante Veneris Genetricis ædem hac effigie locatus
 est. Regem Scytharum cum singulari certamine in-
 teremptum, aduersariis uictor spoliare uellet, ab
 equo eius calcibus, morsuq; laniatus est. Agrigen-
 tina etiam regio frequens est equorum sepulchris,
 quod supremorum munus meritis datum creditur.
 Voluptatem his inesse, Circi spectacula prodide-
 runt. Quidam enim equorum cantibus, tibiarum
 quidam saltationibus, quidam colorum uarietate,
 nonnulli etiam accensis facibus ad cursus prouo-
 cantur.

ceantur. Affectum equinum lachrymæ probant. Deniq; intersecto Nicomedे rege, equus eius inedia uitam expulit. Cum prælio Antiochus Galatas subegisset, Centaretrij nomine ducis, qui in acie cederat, equum ouaturus insiluit, isq; adeò spretuit Lupatos, ut de industria cernuatus, ruina & se & equitem pariter affligeret. Ingenia equorum & Claudiј Cæsaris, Circenses probarunt, cum effuso rectore quadrigæ, cursus æmulos non minus astu, quam uelocitate præuerterent. Et post decursa legitima spatia, ad locum palmæ sponte consisteret, uelut uictoriæ præmiū postularent. Excusso quoq; auriga, quem Ratumenam nominabant, relicto ceramime ad Capitolium quadriga prosiluit, nec ante substitit, quamlibet obuijs occurribus impedita, quam Tarpeium Iouem trina dextratione lustrasset. In huiusc animalis genere etas longior mari bus. Legimus sanè equum adusq; annos septuaginta uixisse. Nam illud non uenit in ambiguum, quod in annum tertium & tricesimum generat, utpote qui etiam post uicesimum mittantur ad sobolem reficiendam. Notatum etiā aduertimus, Opuntiem nomine equum ad gregariam Venerem durasse in annos quadraginta. Equarum libido extinguitur iubis tonsis. In quarum partu amoris nascitur uenescium, quod in frontibus præferunt recens edi-

X 5 ti,

ti, fulvo colore Caricis simile, in quo uæs nominatum. Quod si præceptum statim fuerit, nequaquam mater pullo ubera præbet uellicanda. Quod quis acrior fuerit, speiq; maioris, eò profundius narres mersitat in bibendo. Mas ad bella nunquā producitur apud Scythias, eò quod fœminæ leuare uenificas etiam in fuga possint. Edunt equæ ex uentis conceptos, sed hi nunquam ultra triennium æuum trahunt.

**D E A S S Y R I A , D E Q' V B V N
guentorum origine.**

Cap. LVIII.



Syriorum initium Adiabene faciliter in cuius parte Arbelitis regio est, quem locum uictoria Alexандri Magni non sinit præteriri. Nam ibi copias Darij sudit, ipsumq; subegit, expugnatisq; eius castris, in reliquo apparatu regis repperit scriinium unguentis refertum, unde primum Romana luxuria fecit ingressum ad odores peregrinos. Ali quantisper tamen uirtute ueterum ab hac uitiorum illecebra defensi sumus, atq; adeo in Censuram Paulij Crassi, & Iulij Cæsaris, qui edixerunt anno ut his conditæ quingentasimo sexagesimo quinto, ne quis

quis unguenta inueheret peregrina. Postmodum uicerunt nostra uitia, & senatui adeo placuit odo rum delitia, ut ea etiam in penetralibus tenebris uiceretur. Sicut L. Plotium, fratre L. Plotij bis consulis, proscriptum à triumviris in Salernitana late bra unguenti odor prodidit.


DE MEDICA ARBORE.

Cap. LIX.

 Os terrarum ductus excipit Media,
cuius arbor inclaruit etiam carmini Virg. Ge
bus Mantuanis. Ingens ipsa, & cui org. 2.
tale ferme, quale vnedonibus foliū
est, tantum eo differt, quod aculeatum spinoſis fa
ſtijs hispidatur. Gestat malum inimicum uenenis,
ſapore aspero, & amaritudinis meræ: odoris au
tem fragrantia plus quam iucundum, longeque ſen
ſibile. Verum pono illi tanta ubertas inest, ut one
re prouentus semper grauetur. Nam protinus atque
poma eius ceciderint maturitate, alia protuberat,
eaque tantum est opimitati mora, ut foetus decidant
ante nati. Vſurpare ſibi nemora ista optauerunt
& aliae nationes, per industriam translati germe
nis & insertis sed beneficium ſoli Mediæ datu na
tura refiſtente, terra alia non potuit mutuari.

D E

332 IVLII SOLINI
DE CASPIIS PORTIS.
Cap. LX.



Aspie portæ panduntur itinere
manu factō, longo octo millibus
passuum. Nam latitudo uix est
plaustro permeabilis. In his an-
gustijs etiam illud inter alia diffi-
cile, quod præcisorum laterum saxa liquentibus
inter se salis uenis, exundant humorem affluentissi-
mum, qui mox ui caloris constrictus, ueluti in gla-
ciem coit. Ita labes inuia accessum negat. Præterea
octo & uiginti millibus passuum tractus omnis quo
quo inde pergitur, nullis puteis, uel fontibus, hu-
mo arida, sine præsidio sitis: Tunc serpentes un-
diq; gentium conuenæ à uerno statim die illuc con-
fluunt. Ita periculi, ac difficultatis cōcordia ad Cas-
pios nisi hyeme accessus regatur.

DE DIREO, ET MARGIANA
regione. Cap. LXI.



Caspijs ad orientem uersus locus est
quod Direum appellatur, cuius u-
bertati non est quod uspiam compa-
rari queat, quem locum circumfir-
dunt

dunt Tapyri Anariaci & Hyrcani. Ei proxima
 Margiana regio inclyta cœli ac soli commodis ,
 deo ut in toto illo latifundio uitibus sola gaudeat.
 In facie theatram montibus clauditur, ambitu stadiorum mille quingentorum, inaccessa penè ob incommodum arenosæ solitudinis , quæ per centum
 & uiginti millia passuum undiq; uersum circumfusa est. Regionis amoenitatem Alexander Magnus usque adeo miratus est, ut ibi primum Alexandriæ conderet, quam mox à Barbaris excisam, Antiochus Seleuci filius reformauit, & de nuncupatione domus sue dixit Seleuciā , cuius urbis circuitus diffunditur in stadia LXXV. in hac Orodes Romanos captos Crassiana clade deduxit. Et aliud in Caspijs Alexander oppidum excitauit, idq; Heraclæ dictum, dum manebat : sed hoc quoque ab ijsa dem euersum gentibus, deinde ab Antiocho restitutum, ut ille maluit, Acheis postmodum nomina- tum est.

DE OXO AMNE, ET CIRCA
 eum gentibus. De itineris Liberi pa-
 tris, Herculis, Semiramidis, & Cyri re-
 gis termino, deq; Camelorum
 natura. Cap. LXII.



Oxus annis de lacu Oxo oritur, cu-
 ius oras Heniochi, Bateni, Oxystra-
 ge accolunt, sed præcipuā partem
 Bactri tenent. Bactris præterea est
 proprius annis Bactros, unde ex oppidum, quod
 incolunt Bactrum. Gentes huiuscē quæ ponē sunt;
 Paropamisi iugis ambiūt, quæ aduersa Indi for-
 tibus terminantur, reliqua includit Oxus flumen,
 ultra hos Panda oppidum Sogdianorum, in quo-
 rum finibus Alexander Magnus tertiam Alexan-
 driam condidit, ad contestandos itineris sui termi-
 nos. Hie enim locus est, in quo primum à Libero
 patre post ab Hercule, deinde à Semiramide, po-
 stremo etiam à Cyro aræ sunt constitutæ, quod pro-
 ximum gloriæ omnes duxerunt, illò usq; promo-
 uisse itineris sui metas.

Vniuersi eius ductus duntaxat ac illa terrarum
 Iaxartes parte Iaxartes fluuius secat fines, quem tamen Ia-
 fluuius. xartem soli uocant Bactri: nam alij Scythæ Silyæ
 nomi-

nominant. Hunc eundem esse Tanain exercitus Alexandri Magni crediderunt. Verum Dæmodamas dux Seleuci, & Antiochi satis idoneus uero author, transuectus annem istum, titulos omnium supergressus est, aliumq; esse quam Tanain deprehendit. Ob cuius glorie insigne, dedit nomini suo ut altaria ibi statueret Apollini Didymæo. Hoc est Colliminium, in quo limes Persicus Scythis iungitur, quos Scythes Persæ lingua sua Sacas dicunt, et inuicem Scythaæ Persas Chorsaros nominant, mons temq; Caucasum Graucasum, id est, niuibus canticem. Densissima hic populorum frequentia cum Parthis. Legem placiti ab exordio moris incorrupta custodit disciplina. E' quibus celeberrimi sunt Massagetae, Essedones, Sacæ, Dahæ, & Assei.

Post quos immanissimis Barbaris interiacentibus de ritu aliarum nationum penè inconstanter definitum aduertimus. Bactri Camelos fortissimos mittunt, licet & Arabia plurimos gignat. Verum hoc differunt, quod arabici bina tubera in dorso habent, singula Bactriani. Hi nunquam pedes at. Camelorum terunt: sunt enim illis reciprocis quibusdā pulmunculis uestigia carnulenta. Vnde & contraria est labes ambulantibus, nullo fauete praesidio ad nisum insistendi. Habentur in duplex ministerium: sunt alij oneri ferendo accommodati, alij perniciores.

Sect.

Sed nec illi ultra iustum pondera recipiunt, nec isti amplius quam solita spatia uolunt egredi. Genitrix & cupidine efferantur adeo, ut scuiant cum Venere rem requirunt. Oderunt equinum genus. Sitim etiam in quadriduum tolerant. Verum cum occasio bibendi data est, tantum implentur, quantum est satiet desyderia præterita, & in futurum diu proficit. Lutulentas aquas captant, puras refugiunt. Denique nisi coenosior liquor fuerit, ipsi assidua proculcatione limum excitant, ut turbetur. Durant in annos centum, nisi forte translati in peregrinas insolentia mutati aëris morbos trahant. Ad bella fœminæ preparantur, inuentumque est, ut desyderium eis coitionis quadam castratione excercatur, putant enim fieri ualidiores, si à coitibus astantur.

DE SERIBVS, ET SERICO
uellere. Cap. LXIII.



Vnde ab Scythico Oceano, & mari Caspicio in Oceanum Eorum cursus reflectitur, ab exordio huius sce plaga profundæ niues, mox longa deserata, post Anthropophagi gens asperrima, dein spatio scuissimis bestijs afferata ferme dimidiati, nerijs

neris partem impenetrabilem reddiderunt. Quae
rum difficultatum terminum facit iugum, mari in-
minens, quod Tabim Barbari dicunt. Post quē ad-
huc longinqua solitudines. Sic in tractu eius oræ,
quæ spectat æstuum Orientem, ultra in humanos
situs primos hominum Seres cognoscimus, qui a-
quarum aspergine inundatis frondibus uellera ar-
borum adminiculo depectunt liquoris, & lanugi-
nis teneram subtilitatem humore domant ad obse-
rium. Hoc illud est Sericum in usum publicum
damno seueritatis admissum, & quo ostendere po-
tius corpora, quam uestire, primò sc̄emini, nun̄
etiam uiris persuasit luxuriæ libido. Seres ipsi qui-
dem mites, & inter se quietissimi, alias uero relis
quorum mortalium coetus refugiunt, adeò ut cætem
rarum gentium commercia abruant. Primum eo-
rum fluuium mercatores ipsi transiunt, in cuius ri-
bis nullo inter partes linguae commertio, sed depo-
sitarum rerum pretia oculis æstimantes, sua tra-
dunt, nostra non emunt.

DE ATTACIS GENTIBVS.

Cap. LXIIII.



Equitur Attacenus sinus, & gens Ab-
tacorum, quibus temperies præro-
gatiue miram aëris clemētiam sumo

X milia

ministrat. Arcent sanè afflatum noxiū colles, qui
salubri apricitate undiq; securis obiecti, prohibent
auras pestilētes, atq; ideo (ut Amometus affirmat)
par illis, & Hyperboreus genus uitæ est. Inter hos
& Indiam gnariissimi Cyconas locauerunt.

DE INDIA, ET INDORVM
moribus. De eius regionis cœli cle-
mentia. De Indiæ fluminibus. De q̄
miris in ea animalibus, arboribus, o-
doramentorum generibus. De In-
dis item pretiosis lapidi-
bus. Cap. LXV.



B Emodis mōtibus auspicatur India, à meridiano mari porrecta, Fauonij spiritu saluberrima. In anno bis æstatem habet, bis legit frus gem, uice hyemis Etesij potitur. Hanc Posidonius aduersam Galliæ statuit, sanè nec quicquam ex ea dubium. Nam Alexandri Magni armis comperta, & aliorum postmodū regum diligentia peragrata penitus cognitioni nostræ ad dita est. Megasthenes sanè apud Indicos reges aliquantisper commoratus, res indicas, ut fidē quam oculis subiecerat, memoriae daret. Dionysius quo-
ques

que, qui ex ipso à Philadelpho rege spectator missus est gratia periclitandæ ueritatis, patria prodidit. Tradunt ergo in India fuisse quinq; millia opiporum precipua capacitate, populorum nouem Indie popis millia. Diu etiam credita est, tertia pars esse terrae-losuorum. Nec mirum sit, uel de hominum, uel de urbiæ copia, cum soli Indi nunquam à natali solo recesserint. Indianus liber pater primus ingressus est, ut potest qui Indis subactis primus omnium triumphavit. Ab hoc ad Alexandrum Magnum numerantur annorum sex millia, quadringenti, quinquaginta unus, additis eo amplius tribus mensibus, habita per reges computatione, qui centum quinquaginta tres tenuisse medium æuum deprehenduntur:

Maximi in ea amnes Ganges, & Indus, quorum Ganges est. Gangen quidam fontibus incertis nasci, & Nili modo exundare perhibent, alij uolunt à cythis montibus exoriri. Hypasis etiam nobilissimus ibi fluens, qui Alexandri Magni iter terminauit, sicuti a re in ripa eius positæ probant. Minima Gangis latitudo per octo millia passuum, maxima per uiginti patet. Altitudo ubi uadofissimus est, mensuram centum pedum deuorat. Gangarides extimus est Indie populus, cuius rex equites mille, Elephantos septingentos, peditum sexaginta millia in ap=Paratu belli habet. Indorum quidam agros exera-

X 2 centz

cent, militiam plurimi, merces alij: optimi ditissimisq; rempublicam curant, reddunt iudicia, assidet regibus. Quietum ibi eminentissima sapientia genus est, uita repletos incensis rogis mortem accer-
sere. Qui uero ferociori sectae se dediderunt, et syl-
uestrem agunt uitam, Elephantos uenantur, quibus perdomitis ad māsuctudinem, aut arant, aut ue-
huntur. In Gange insula est populosissimam, et am-
plissimam continens gentem, quorum rex peditum
quinquaginta millia, equitum quatuor millia in ar-
mis habet. Omnes sane quicunq; prædicti sunt re-
gia potestate, non sine maximo Elephantorum e-
quitum, peditumq; numero, militarem agitant di-
sciplinam. Praesia gens ualidissima Palibotram ura-
bem incolunt, unde quidam gentem istam Palibot-
ros nominauerunt, quoru rex sexcentena millia
peditum, equitum triginta millia, Elephantorum
octo millia omnibus diebus ad stipendum uocat.
Ultra Palibotram mons Maleus, in quo umbra hy-
eme in Septentriones, estate in Austros cadunt, ui-
titudine hac durante senis mensibus. Septentrio-
nes in eo tractu in anno semel, nec ultra quinde-
cim dies apparēt, sicuti author est Bethon, qui per-
hibet hoc in pluribus Indiæ locis euenire.

Indo flumini proximantes uersa ad meridiens
plaga ultra alios torrentur calore, deniq; uim sy-
deris

deris prodit hominum color. Montana Pygmæi te-
nent, at ij quibus est uicinus Oceanus, sine regibus
degunt. Pandæ gens à fœminis regitur, cui regis-
nam primam assignant Herculis filiam, & Nysa
urbs regioni isti datur. Mons etiam Ioui sacer Me-
ros nomine, in cuius specu nutritum Liberum pa-
trem ueteres Indi affirmant, ex cuius uocabuli ar-
gumento, lasciuienti famæ creditur Liberum pa-
trem fœminæ natum. Extra Indi osium sunt insu-
le duæ Chryse & Argyre, adeo fœcudæ copiam e-
tallorum, ut pleriq; eas aurea sola prodiderint, &
argentea habere.

Indis omnibus promissa cæsaries, non sine fuso Indorum
cærulei aut crocei coloris. Cultus præcipuus in mores.
Gemmis: nullus funerum apparatus. Præterea, ut
lubæ, & Archelai regū libris æditum est, in quan-
tum mores populorum dissonant, habitus quoque
discrepantißimus est. Alij limeis, alijs laneis peplos
uestiuntur, pars nudi, pars obſcena tantum amicie-
lati, plurimi etiam flexibus libris circundati. Qui-
dam populi adeo proceri, ut Elephantos uelut e-
quos facillima insultatione transfiliant. Plurimis
placet neq; animal occidere, neq; uesci carnibus:
pleriq; tantum piscibus aluntur, et ē mari uiuunt.
Sunt, qui proximos, parentesq; prius quam annis,
aut ægritudine in maciem eant, antè uelut hōstias

X 3 - cedunt.

cédunt. Deinde peremptorum uiscera copulas habent, quod ibi non sceleris, sed pietatis loco numerant. Sunt etiam qui cum incubuere morbi, procul à ceteris in secreta abeunt, nihil anxiè morem expectantes. Aspagonum gens laureis uiret syluis, in cis Buxois. vitium uero, & arborum uniuersarum, quibus Grecia dulcis est, prouentibus copiosissima. Philosophos habent Indi, Gymnosophistas uocant, qui ab exortu ad usq; solis occasum contentis oculis orbem candentissimi syderis contuentur in globo igneo, rimantes secreta quædā, arenisq; feruentibus perpetem diem alternis pedibus insistunt. Ad montem qui Milo dicitur, habitant, quibus aduersæ plantæ sunt, & octoni in plantis sim incredibilia gulis digiti. Megastenes per diuersos Indiæ mones de in ictis esse scribit nationes capitibus caninis, armatas uigentibus, quibus amictas uicti tergorum, ad sermonē hummanum nulla uoce, sed latratibus tantum sonantes, asperis rictibus. Apud Ctesiam legitur quasdam fœminas ibi semel parere, natosq; canos ilico fieri. Esse rursus gentem alteram, quæ in iumenta sit cana, nigrescat in senectute ultra æui nostri terminos perennantem. Legimus Monoscelos quoq; ibi nasci singulis cruribus, & singulari perniciates, qui ubi defendi se uelint, à calore, resupinati planterunt suarum magnitudine in umbrentur. Gangis fontem

fontem qui accolunt, nullius ad escam opis indigent: odore uiuunt pomorum sylvestrium, longiusq; pergentes eadem illa in presidio gerunt, ut olfactu alantur. Quod si tetrorem spiritum forte traxerint exanimari eos certum est. Perhibent esse & gentem foeminarum, quæ quinquennes concipiunt, sed ultra octauum annum uiuendi spatium non protrahunt. Sed qui ceruicibus carent, & in humeris habent oculos. Sunt qui sylvestres hirti corpora caninis dentibus stridore terrifico. Apud eos uero, quibus ad uiuendi rationem propensior cura est, multæ uxores in eiusdem uiri coœunt matrimonium, & cū maritus decesserit, apud gravissimos iudices suam quæq; de meritis agunt causam, & que officiosior ceteris sententia vicerit iudicantium, hoc palmæ refert præmium, ut arbitrio suo ascendat rogum coniugis & supremis eius semetipsam det Inferias. Ceteræ nota uiuunt. normitas in serpentibus rata est, ut ceruos, & antem manuum alia ad parem molem tota hauriant. Quin etiam Oceanum indicum quantus est penetrant, insusq; magno spacio à continentis separatas parvulandi petant gratia. Idq; ipsum palam est potentia amplissimæ magnitudinis fieri, quæ per tantum so latitudinem ad loca permeant destinata.

Sunt illic multæ, ac mirabiles bestiæ. Varum è

Y 4 mul. i=

Bestiæ miræ. multitudine, & copia partem persequemur. **Lemmæ**
biles Indicæ. crocata uelocitate præcedit feras uniuersas, ipsa
 asini magnitudine, cerui clunibus, pectore ac cru-
 ribus leonis, capite camelino, bisulca ungula, ore
 adusq; aures dehiscente, dentium locis osse perpet-
 tuo. Hoc quoad formam. Voce autem loquentium
 hominum sonos æmulatur. Et & Eale aliâs ut ei-
 quis, cauda uero Elephanti, nigro colore, maxillæ
 aprimis, præferens cornua ultra cubitalem modum
 longa, ad obsequium cuius uelit motas accommo-
 data: neq; enim rigent, sed flectuntur ut usus exigit
 præliandi. Quoram alterum cum pugnat, proten-
 dit, alterum replicat, ut si i&tu aliquo alterius acu-
 men obtusum fuerit, acies succedat alterius. Hippo
 potamis comparatur, & ipsa sancte aquis fluminum
 gaudet. Indicis tauris color fulvus est, uolucris per-
 nitas, pilus in contrarium uersus, hiatus omne
 quod caput. Hi quoq; circumferunt cornua flexibi-
 litate, qua malint, tergi duricia omne telum respul-
 entes, tam immitti feritate, ut capti animas proiec-
 ant furore. Manticora quoq; nomine interhaec na-
 scitur, triplici dentium ordine, coëunte uicibus al-
 ternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo co-
 lore, corpore leonino, cauda ueluti scorpionis acu-
 leo spiculata. Voce tam sibila, ut imitetur fistula-
 rum modulos, tubarumq; concentum, humanas car-
 nes au-

nes audiissimè affectat, pedibus sic uiget, saltu sic potest, ut morari eam nec extensisima spatia possint, nec obstacula latissima. Sunt præterea boues unicorns, solidis unguis, nec bifidis. Sed atrocissimum est Monoceros monstrum mugitu horrido, equino corpore, Elephanti pedibus, cauda suilla, capite ceruino. Cornu è media eius fronte protenditur, splendore mirifico, ad longitudinem pedum quatuor, ita acutum quicquid impetat, facile idu eius perforetur. Viuus non uenit in hominum potestatē, & interimi quidē potest, capi nō potest.

Aqua etiam gignunt miracula non minora. An guillas ad tricenos pedes longas educat Ganges, Bestie aquarum Statius Sebosus inter præcipua miracula ait tice. Uermibus abundare cæruleis, nomine & colore. Hi binā habent brachia longitudinis cubitorū non minus senum, adeò robustis uiribus, ut Elephantos ad potū uentitantes, mordicus cōprehensos ipsorum manu rapiat in profundū. Indica maria Balenas habet ultra spatia quatuor iugerū. Sunt et quos Physteras nūcupat, q̄ enormes ultra molē, ingētiū colūnarum super antennas se nauium extollunt, haustris q̄ fistulis fluctus ita eructat, ut nimboſa alluvie plerumq; deprimant aluos nauigantium.

Sola India mittit Psitacum auem colore uiri-
di, torq; puniceo, cuius rostri tanta duritia est, ut

Y 5 cum

cum è sublimi præcipitatur in saxum, nisi se oris
excipiat, et quodam qua præsidio utatur exira-
ordinariæ firmitatis. Caput uero tam ualens, ut si
quando ad discendum plagis sit admonendus (nam
sludet ut quod homines loquatur) ferrea clauicula
sit uerberandus dum pullus est, atq; adeo intra al-
terum ætatis suæ annum, quæ monstrata sunt, et
citius dicit, et tenacius retinet. Maior paulò seni-
or est et obliuiosus, et indocilis. Inter nobiles, et
plebeios discretionem digitorum facit numerus.
Qui præstant quinos in pecte habent digitos, cæte-
ri ternos. Lingua lata, multoq; latior, quam cæte-
ris aliis, unde perficitur, ut articulata uerba pe-
nitus eloquatur. Quod ingenium ita Romane
delicie miratæ sunt, ut Barbari p'sitacos mercem
fecerint. Indorum nemora in tam proceram sublis-
mantur excelsitatem, ut transiacione sagittis quidē
possint. Pomaria ficus habent, quarum caudices
in orbem spatio sexaginta passuum extuberantur,
ramorum umbræ ambitu bina stadia consumunt.
Foliorum latitudo formæ mazonicæ peltæ compa-
ratur, pomum eximiæ suavitatis. Quæ palustris
sunt, arundinem creant ita crassam, ut fissis interst
nodijs lembi uice uelitæ nauigantes, et radicibus
eius exprimitur humor dulcis ad melleam suau-
itatem.

Tylor

Tylos Indiæ insula est. Ea fert palmas, oleam
 creat, uineis abundat, Terras omnes hoc miraculo
 sola uincit, quod quecunq; in ea arbores nascitur,
 nunquam caret folio. Mons Caucasus inde inci-
 pit, qui maximam orbis partem perpetuis iugis pe-
 netrant, Idem fronte, qua soli est obuersus, arbo-
 res piperis ostentat, quas ad Iuniperi similitudinem
 diuersos fructus edere asseuerant. Eorum qui pri-
 mus erumpit, uelut Coriolorum Fimbria, dicitur Pi-
 per longum, quod incorruptum est, Piper album,
 quorum cutem rugosam, & torridam calor feces-
 rit, Piper nigrum. Qui demum caducus torretur
 feruido sole, uocamen trahit de colore. At quod ex
 ipsa arbore stringitur ut est, album Piper dicitur.
 Sed ut Piper sola India, ita & Hebenum sola mit-
 tit, nec tanten uniuersa, uerum exigua sui parte, arbor.
 sylvis hoc genus gignit. Arbor est plerunq; tenuis,
 & frequentior, uimine raro in crassitudinem cau-
 dicis extuberata, biulco cortice, & admodum re-
 ticulato, de hiscentibus uenis, adeò ut per ipsos sti-
 nus pars intima uix tenui libro contegatur. Lignum
 omne atq; mediale, eadem ferme & facie, & nito-
 re, qui est in lapide Gagate. Indi reges ex eo sce-
 ptra sumunt, & quascunq; Deorum imagines non
 nisi ex Hebene habent. Idem ferunt materia ista li-
 quorem non contineri noxiū, & quicquid male-
 ficum.

Caucasus p
 per prod.
 cit.

sicut fuerit tactu eius auerti, hac gratia pocula ex Hebeno habent. Ita nihil mirum si peregrè sit in pretio, quo etiam ipsi quibus prouenit, honoratur. Hebenū ex India Romæ Mithridatico triumpho primum Magnus Pompeius exhibuit. Mittis India & Calamos odoratos, potentes aduersum intestinæ ægritudinis incomoda, dat & multa alia fragrantia mirifici spiritus suauitate grata.

Indici lapi- Indicorum lapidum in Adamantibus dignitas
des. prima, utpote qui lymphationes abigant, uenenis
resistant paucitatum mentium uanos metus pel-
lant. Hæc primum de ijs prædicari oportuit, qua
respicere ad utilitatem uidebamus. Nunc redde-
mus quot, que uero Adamantium sint species, & quis
color cuique eximius. In quodam Crystalli genere
inuenitur materie, in qua nascitur adæquæ similis,
Splendore liquidissimo in mucronem sexangulum
utriusque secus leuiter turbinatus, nec unquam ul-
tra magnitudinem nuclei auellani reperitur. Huic
proximus in excellentissimo auro deprehenditur.
Secundus pallidior, ac magis ad argenti colorem
retinens. Tertius in uenis Cypri apparet propior
ad aériam faciem. Quartus in metallis ferrarijs le-
gitur, pondere cæteros antecedens, non tamen &
potestate. Nam & hic, & qui in Cypro deprehens-
atur, frangi queat, plerique etiam Adamante al-
tero

tero perforantur. At illi, quos primos diximus, nec ferro uincuntur, nec igni domantur, ueruntas men si diu sanguine hircino macerentur, nec alter, quam si calido, uel recenti malleis aliquot ante fractis, & incudibus dissipatis, aliquando cædunt, atq; in particulas dissiliunt. Quæ fragmenta sculptoribus in usum insigniæ cuiusq; modi gemmæ expetuntur.

Inter Adamantem, & Magnetem est quædam naturæ occulta dissensio, adeo ut iuxta positus non sinat Magnetem rapere ferrum: uel si admotus Magnes ferrum traxerit, quasi prædam quandam quicquid Magnetis hæserit, Adamas rapiat, atque auferat.

Lychnitén deinde fert India, cuius lucis uigorem flagrantia excitat lucernarum, qua ex cause xvitis Græci uocauerunt. Duplex ei facies, aut in purpuream emicat claritatem, aut meracius suffunditur cocci rubore. Per omne intimum sui, siquidem pura sit, inoffensam admittit perspicuitatem. At si excanduit radis solis incita, uel ad calorem digitorum attritu excitata est, aut palearum cassa, aut chartarum fila ad se rapit, contumaciter sculpturis resistens. Ac si quādo insignita est, dum signa exprimit, quasi quodam animali morsu partem cæræ retentat.

Adamantis,
& Magneti
tis antipa-
thia.


Beryllos


Beryllos in sexangulas formas Indi atterunt, ut hebetem coloris levitatem angulorum repecus-
su excitent ad aigorem. Beryllorum genus diuidit-
ur in speciem multifariam. Eximij interuirente
glauci, et cœruli temperamento, quandam praefea-
runt puri maris gratiam.

Infra hos sunt Chrysoberilli, qui languidius mi-
cantes aurea nube circumfunduntur.

Chrysoprasos quoq; ex auro et porraceo mi-
xtam lucem trahentes, aequè Beryllorum generi
adiudicarunt, Hyacinthizontas scilicet, qui hya-
cinthos propè referant, et ipsos probant. Eos uero,
qui Crystallo similes capillamentis intercurrent
tibus obscurantur (hoc enim uitio illorum nomen
est) scientissimi lapidum plebi dederunt. Indici re-
ges hoc genus gemmarum in longissimos Cylin-
ders amant fingere, eosq; perforatos Elephanto-
rum setis subligant, ac monilia habent, aut plea-
rumque ex utroque capite insertis aureis umbili-
cis, ut marcentem faciem ad nitelam incendant pim-
giorem, quò per industriam metallo hinc
inde addito fulgentiorem tra-
hant lucem.

DE TA





DE TAPROBANE INSULA,

& qua ratione primum innotuerit.

Qualis illic nauigatio. Quis gentis
eius mos in rege eligendo. Item de

Conchis, Margaritis, Unioni-

bus. Cap. LXVI.

32.

33.

Aprobanen insulam antequam temeritas humana exquisito penitus mari fidem panderet, diu orbem alterum putauerunt, & quidem cum, quem habitare Antichthones credentur. Verum Alexandri Magni uirtus ignorantiam publici erroris non tulit ulterius permanere, sed in haec usq; secreta propagauit nominis sui gloriam. Missus igitur Onesicritus praefectus clasibus Macedonicæ, terram istam quanta esset, quid gigneret, quomodo haberetur, exploratam notitiae nostræ dedit. Partet in longitudinem stadiorum septem millium, in latitudinem quinq; millium. Scinditur amine interfluo. Nam pars eius bestijs, & Elephantis repleta est, maioribus multò quam fert India. Parte homines tenent. Margaritis scatet, & gemmis omnibus. Sita est inter ortum, & occasum. Ab Eo mari incipit praetenta Indiæ. A Praesiana Indorum gente

gente dierum uiginti primo in eam fuit cursus, sed cum papyraceis, & Nili nauibus illò pergeretus, mox cursu nostrarum nauium septem dierum iter factum est. Mare uadosum interiacet altitudinis non amplius senum passuum. Certis autem canali- bus adeò altum, adeò depresso, ut nullæ unquam anchoræ ad profundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigādo syderum obseruatio: nam neq; Septentriones illic conficiuntur, nec Virgi- lie apparent. Lunam ab octaua in sextam decimā eantū supra terram uident. Lucet ibi Canopus, sydus clarum, & amplissimum. Solem orientem de- extra habent, occidentem sinistra. Obseruatione itaq; nauigandi nulla suppetente, per quam ad de- stinata pergentes, locum capiant. Vehunt alites, quarum meatus terram potentium regendi cursus magistros habent. Quaternis non amplius mensi- bus in anno nauigatur.

Adusque Claudi principatum de Taprobane
Quando Td hæc tantum noueramus, tunc enim Fortuna pate-
 probana per fecit scientia uiam latiorem. Nam libertus Annij
 lustrata fit. Plocanij, qui tunc. Rubri maris uectigal admini-
 strabat, Arabiam petens, Aquilonib. præter. Cara-
 maniam raptus, quintodecimo demum die appul-
 sus est ad hoc littus, portumq; adiectus, qui Hip-
 puros nominatur. Sex deinde mēsibus sermonem
 perdidit.

perdoctus, admissusq; ad colloquia regis, quæ cō-
pererat, reportauit: stupuisse scilicet regem pecu-
niam, quæ capta erat cum ipso, quod tametsi signa
la disparibus foret uultibus, parem tamen habere
modum ponderis. Cuius æqualitatis cōtemplatio-
ne cum Romanam amicitiam flagrantius cōcupis-
set, Rachia principe legatos adusq; nos misit, à q-
bus cognita sunt uniuersa. Ergo inde homines cor-
porum magnitudine alios omnes antecedunt. Cri-
nes suco imbuunt, cæruleis oculis, ac truci uisu, ter-
rifico sono uocis. Quibus immatura mors est, in
annos centum æuum trahunt, alijs omnibus anno-
sa ætas, & penè ultra humanam extenta fragilita-
tem. Nam aut ante dicim, aut per diem somnus, no-
tis partem quieti destinant, lucis ortum uigilia an-
teuertunt. Aedificia modice ab humo tollunt. An-
nona semper eodem tenore est, uites nesciunt, po-
mis abundant. Colunt Herculem.

In regis electione nō nobilitas præualet, sed suf-
fragium uniuersorum: populus enim eligit specta-
tum moribus, & inueteratae clementiae, & iam an dū Regen-
nis grauem. Sed hoc in eo queritur, cui liber nul-
lisint. Nam qui pater fuerit, etiam si uita spectabilis
sit, non admittitur ad regnandum: ac si forte dum
regnat pignus sustulit, exuitur potestate: idq; maxe-
mē custoditur, ne fiat hereditarium regnum i

inde etiam si rex maximam præferat æquitatem, nolunt ei totum licere. Quadraginta ergo rectores accipit, ne in causis capitum solus iudicet, & sic quoq; si displicuerit iudicatum, ad populū provocatur, à quo datis iudicibus septuaginta, fertur sententia, cui necessariō acquiescit. Cultus rex dissimili à cæteris: uestitur Syrmate, ut est habitus, quo Liberum patrem amiciri uidemus. Quod si etiam ipse in peccato aliquo argutus sit ac reuictus, mortuus mulctatur. Non tamen ut cuiusquam attractetur manu, sed consensu publico rerum omnium interducitur ei facultas, etiam colloquij potestas punito negatur.

Cultus student uniuersi, interdum uenatibus indulgent, nec plebeias agunt prædas: quippe cum Tigrides, ac Elephanti tantum requirantur. Maria quoq; punctionibus inquietant, marinasq; Testudinum studines capere gaudent, quarum tanta est magnitudo, tudo, ut superficies earum domum faciat, & numerosam familiam non arctè receptet. Maior pars insulæ huius, calore ambusta est, & in uastas desertis solitudines. Latus eius mare alluit per uiridi colore fruticosum, ita ut iubæ arborum plerumq; gibernaculis atterantur. Cernunt latus Sericum de montium suorum iugis. Mirantur aurum, & ad gratiam poculorum omnium, gemmarum adhibebat.

appar

apparatum. Secant marmora testudinea ueritate.

Margaritas legunt plurimas, max masq;. Conchæ sunt, in quibus hoc genus lapidum requiritur, Margaritas quæ certo anni tempore luxuriante conceptu, si rūm colle- tiunt rorem uelut māritum, cuius desyderio hiant: Ello. Et cum lunares maximè liquuntur aspergines, oī scitatione quadam hauriunt humorem concupis- tum. Sic concipiunt, grauidæq; fiunt, et de seginæ qualitate reddunt habitus vñionum. Nam si puru fuerit quod acceperint, candicant orbiculi lapillo- rum. Si turbidum, aut pallore languescunt, aut ru- so innubilantur. Ita magis de cœlo, quam de mari partus habent. Deniq; quotiens excipiunt matutini aëris semen, fit clarus margaritum, quoties ne- sper fit, obscurius. Quantò magis haüserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo. Si repete mi- cauerit coruscatio, intemp̄ suo metu comprimitur, clausæq; subita formidine, uitia contrahunt abortiuæ; aut enim perparuuli fiūt scrupuli, aut in- anes. Conchis ipsis mest sensus, partus suos maciliari timent, cumq; flagrantioribus radijs exan- duerit dies, ne suscentur lapides solis calore substa- duni, et se profundū ingurgitant, ut ab æstu uindi- centur. Huic tamen prouidentiæ etas opitularunt. Nam candor senecta disperit, et grandescenibus Conchis flauescunt margaritæ. in aqua mollis est

356 IVLII SOLINI

Vnio, duratur euisceratus. Nunquam duo simul reperiuntur, inde vñionibus nomen datum. Vltra semunciales inuentos negant. Piscantium insidias timent Conchæ, inde est, ut aut inter scopulos, aut inter marinos canes plurimum delitescant. Gregatim natant. Certa examini dux est. Illa si captas sit, etiam quæ euaserint in plagas reuertuntur. Dat et India Margaritas, dat etiam littus Britannicum, sicut Diuus Iulius thoracem, quem Veneri genitrici in templo eius dicauit, è Britannicis margaritis factum, subiecta inscriptione testatus est. Lolliam Paulinam Caij principis coniugem uulgatum est habuisse tunicam ex margaritis, seftertio tūc quadringenties estimatam. Cuius parandæ auaricia pater ipsius M. Lollius spoliatis Orientis regionibus, offendit Caium Cæsarem Augusti filium, interdictaque amicitia principis, ueneno interiit. Illud quoque expressit uetus diligentia, quod Syllanis primum temporibus Romani illati sunt Vniones.


INDICVM ITINERARIVM.
Cap. LXVII.

B insula Ausea consequens est ad continentem. Igitur à Taprobane Indianam reuertamur, cōuenit res Indicas


FORTVNATARVM INSVLARVM DV AE,
M A E D E R A, ET FORT EVENTVR A.

35'

356



358



nicas uidere. Sed si Indis aut urbibus, aut nationibus insistamus, egrediemur promissæ concinnitatis modum. Proximam Indo flumini urbem habuere Capissam, quam Cyrus diruit. Arachosiam, Aracotæ flumini impositam, Semiramis condidit. Cadrusia oppidum ab Alexandro Magno ad Caucasum constitutum est, ubi ex Alexandria quæ patet amplitudine stadia triginta. Multa et alia sunt, sed hæc cum eminentissimis.

Post Indos montanas regiones Ichtyophagi tenebant, quos subactos Alexander Magnus uesci piscibus uetuit, nam antea sic alebantur, ut ira hos deserta Carmaniae. Persis deinde, atque ita nauigatio, in quam Solis insula rubens semper, ex omni animalium generi inaccessa, quippe quæ nullum non animal illatum necet. Ex India reuertentes ab Hytano Carmaniae flumine, Septentriones primum uidet. Achæmenidis in hac plaga sedes fuerunt. Inter Carmanie promontorium, et Arabiam quinquaginta millia passuum interiacent. Deinde tres insulae, circa quas Hydri marini egrediuntur uicenum cibitorum longitudine.

Dicendum hoc loco quatenus ab Alexandria profectio ex Aegypti pergatur usque Indianam. Nilo uehente Cœlon usque Etesijs flatib. cursus est. Deinde terrestre iter Hy-

iter Hydrem tenus. Post transactis aliquot man-
sionibus, Berenicen perueniunt, ubi Rubri maris
portus est. Inde Ocelis Arabie portus tangitur.
Proximum Indiæ emporiū excipit Muzirum in-
fame piraticis latronibus. Deinde per diuersos
portus Cottonare succeditur, ad quam monoxy-
lis linib[us] Piper conuehunt. Petentes Indiam an-
te exortum Canis, aut protinus post exortū, nauigia
media & estate soluunt: reuerentes renauigant
Decembri mense, Secundus ex India uetus est Vul-
turnus, at cum uentum est in Rubrum mare aut
Africus, aut Auster uehunt.

Spatium Indiæ decies septies centena & quin-
quaginta millia passuum proditur. At Carmania
centum millia, cuius pars non caret uitibus. Pre-
terea habet genus hominum, qui non alia, qui in
bestudinis carne uiuunt, hirsuti omnia facie tenui,
que sola leuis. Idem corijs piscium uecti-
untur Chelonophagi cognoscimantur.

D 1

DE SIN V PERSICO AT Q VE

Arabico. Deq; Azanio mari.

Cáp. LXVIII.

Rrumpit hæc littora Rubrum ma-
re, idq; in duos sinus scinditur. Quo-
rum qui ab oriente est, Persicus ap-
pellatur, quandoquidem oram il-
lam habitauere Persidis populi, uicies & sexagies
centena millia passuum circuitu patens. Ex aduer-
so unde Arabia est, alter Arabicus uocatur. Ocea-
num uero qui ibi influit, Azanium nominarunt.
Carmaniae Persis annexatur, quæ incipit ab insula
Aphrodisia uariarum opum diues, translata quon-
dam in Parthicum nomen, littore, quo occasui ob-
iacet porrecta in millia passuum quinquaginta.
Oppidum eius nobilissimum Susa, in quo tempum
Susie Diana. A Susis Babytace oppidum centum
triginta quinque, millibus passuum distat, in quo
mortales uniuersi odio auri coemunt hoc genus
metalli, & abiiciunt in terrarum profunda, ne
polluti usu eius, auaritia corrumpant æquitatem.
Hinc inconstantissimus est terrarum modus, nec
immerito, cum aliæ circa Persida nationes Schoe-
nis, aliæ Parasangis, aliæ incompta disciplina,

Z 4 terras

terras metiantur, & incertam fidem faciat mensurae ratio discors.

DE PARTHIA ET CYPRI
sepulchro. Cap. LXIX.



Arthia quanta omnis est à meridie Rubrum mare, à Septentrione Hyrcanum salum claudit. Regna in ea duodeviginti dissecentur in duas partes. Undecim quae dicuntur superiora, incipiunt ab Armenico limite, & Caspio littore porrecta ad terram Scytharum, quibus concorditer degunt. Reliqua septem inferiora (sic enim vocant) habent ab ortu Arios, Arianosq; Carmanis am à medio die, Medos ab occiduo solis plaga, à Septentrione Hyrcanos. ipsa autem Media ab occidente transuersa utraq; Parthiae regna amplectitur, à Septentrione Armenia circumdatur, ab ortu Caspiorum uidet, à meridie Persidem. Deinde tractus hic procedit usq; ad castellum, quod Magi obtinunt Passargada nomine, hic Cypri sepulchrum.

DE
LXIX

DE BABYLONE. DE AT=
lantico Oceano. De Gorgonum,
ac Fortunatis insulis.

Cap. LXX.



Haldææ gentis caput Babylon est, & Semiramis cōdita tam nobilis, aut propter eam & Assyrīj. & Mesopotamij in Babylonie nomen transierint. Vrbs est sexaginta millia passuum circuitu Babylonis patens, mures circumdata, quorum altitudo ducentos pedes detinet, latitudo q̄ inquaginta, in singulos pedes ternis digitis ultra quam mensura nostra est altioribus. Amne interluitur Euphrate. Beli ibi Iouis templum, quem inuentorem cœlestis disciplinæ tradidit etiam ipsa religio, quæ Deum credit. In æmulationem urbis huius Ctesiphontem Parthi condiderunt.

Tempus est ad Oceani oras reuerti represso in Aethiopiam stylo. Namque ut Athlanticos æstus accipere ab occidente & Hispania, iam dudum dixeramus, ab his quoque partibus mundi, unde primum Atlantici nomen induat, exprimi par est.

Z 5

Pela-

Pelagus Azanium usque ad Aethiopum littora promouetur, Aethiopicum ad Mossylicum promontorium, unde rursus Oceanus Atlanticus. Iuba igitur uniuersæ partis, quam pluri propter solis ardorem peruiam negauerunt, facta etiam uel gentium, uel insularum commemoratione ad confirmandæ fidei argumentum, omne illud mare ab India usque ad Gades uoluit intelligi nauigabile, Cori tamen flatibus, cuius spiritus præter Arabiam, Aegyptum, Mauritaniam euere, quamuis queant classem, dummodo ab eo promontorio India cursus dirigatur, quod alij Lepten acran, alij Depranum nominauerunt. Addidit et stationum loca, et spatiorum modum. Nam ab Indica prominentia ad Malachum insulam, affirmant esse quindecies centeta millia passuum, Malacho ad Sceneon ducenta XXV. millia. inde ad insulam Sadanum centum quinquaginta milia. Sic confici ad apertum mare decies octies centena et septuagintaquinque millia. Idem opinioni plurimorum, qui ob solis flagrantiam, maximam partis istius regionem ferunt humano generi inaccessam sic reluctatur, ut mercantium ibi transitus infestari ex Arabicis insulis dicatur.

tur, quas ascitæ habent Arabes, quibus è re-
nata datum nomen. Nam bubulis urribus con-
tabulatas crates superponunt, uectatique hoc
ratus genere prætereuntes infestant sagittis uene-
natis.

Habitari etiam Aethiopiæ adusta Troglodita-
rum, & ichtyophagorum nationibus, quorum
Troglodytæ tanta perniciitate pollut, ut feras
quas sagittant, ipsi cursibus persequantur. Ichty-
ophagi non secus quam marinæ beluae nando in a-
qua ualent. Ita exquisito Atlantico mari usq; oc-
casum etiam Gorgonum meminit insularum. Gor- Gorgonum
gones insulæ ut accepimus obuersæ sunt promon- insulæ.
torio, quod uo amus Hesperionceras. Has inco-
luerunt Gorgones monstra, & sane adhuc mon-
struosa gens habitat. Distant à continentu bidui
nauigatione. Prodidit deniq; Xenophon Lampsacenus,
Hannonem Poenorum regem in eas perme-
auisse, repertasq; ibi foeminas alii is perniciete,
atq; ex omnibus, quæ apparuerunt duas captas tam
hirtas, atq; aspero corpore, ut ad argumentum spe-
ctande rei duarum cutes, miraculi gratia, inter do-
naria iunonis suspende: it, quæ durauere usque in
tempora excidij Carthaginensis.

Vltra

Hesperidum insula. Ultra Gorgonas Hesperidum insulæ sicut Sebas-
 sus affirmat, dierum quadraginta nauigatione in-
 intimos maris sinus recesserunt. Fortunatas con-
 tralauam Mauritanie tradunt iacere, quas Iuba
 sub meridie quidem sitas, sed proximas occasui di-
 cit. De harum nominibus expectari magnum
 mirum reor, sed infra famam uocabuli res est. In
33 prima earum, cui nomen est Ombrion, ædificia
 nec sunt, nec fuerunt. Iuga montium stangis ma-
 descunt. Ferulae ibi surgunt ad arboris magnitudi-
 nem. Earum, quæ nigræ sunt, expresse liquorem
 reddunt amarißimum: quæ cardide, aquas re-
 uouunt etiam potui accommodatas. Alteram
 insulam Iunoniam appellari ferunt, in qua pau-
 xille ædes ignobiliter ad culmen fastigiate. Ter-
 tia huic proxima eodem nomine, nuda omnia.
 Quarto loco capraria appellatur enormibus la-
 certis plus quam referta. Sequitur Niuaria ære
 nebuloso, & coacto, ac propterea semper niua-
 lis. Deinde Canaria repleta canibus, forma etiam
 eminentissimis, inde etiam duo exhibiti Iubæ re-
 gi. In ea ædificiorum durant uestigia. Auium
 magna copia, nemora pomifera, palmeta Caryo-
 cas ferentia, multa nux pinea, larga melle, am-
 nes sea

nes filuris piscibus abundantes. Perhibent etiam
 expui in eam undoso mari belluas, deinde cum
 monstra illa putredine tabefacta sunt, omnia illie
 infici tetro odore. Ideoque non penitus ad
 nuncupationem suam congrue-
 re insularum qua-
 litatem.

Iulij Solini Polyhistoris
 Libri, finis.

B A S I L E Æ,
 EX OFFICINA HENRICI
 PETRINA ANNO SALVTIS
 HUMANAE, CIO. ID. LXXVI.
 MENSE APRILI.



